Qui descẽdit ipse est qui ascẽdit sup oẽs celos. Eph. iiii. Quia humilitas est via ad gloriã. Iõ apl's primo ostẽdit xpi humilẽ descẽsũ: cũ dicit. qui descẽdit. Secõ ei⁹ gloriosũ ascẽsũ: cũ subdit. ipse est qui ascẽdit super oẽs celos. Istũ aũt ascẽsũ & descẽsum describit Ambro⁹ in li⁹ de Ysaac dicẽs. Saltu quodã xp's uenit in hũc mũdũ. Apud patrẽ erat. in vginẽ uenit. ex vgine in p̄sepe trãsiliuit. descendit in mũdũ. ascẽdit in crucẽ. descẽdit in tumulũ. surrexit ex tumulo. ascẽdit ad celũ: & sedet ad dexteram dei patris. Ecce scala que hẽt septẽ gradus per quã xp's humiliter descẽdit: & gloriose ascẽdit. ℂ Primus gradus est q̃ de sinu pr̃is uenit in vgĩs uterũ. Et iste fuit gradus magne hũilitatis. de quo dicit etiã Phil. ii. Semetip̃m exinaniuit &c. ubi ponit apl's q̃druplicẽ xp̃i humilitatẽ. ¶ Una est qua cõformauit & similẽ se fecit suo q̃ uoluit legi subiici & circũcidi: iõ dicit. formã serui accipiẽs. ¶ Scõa humilitas est qua cõtraxit parentelã cũ seruo. ideo subdit. in similitudinẽ hoĩuz factus. ¶ Tertia humilitas est: qua induit habitũ serui: iõ eni dicit. Et habitu inuentus ut hõ. ¶ Quarta est qua uoluit mori pro seruo. iõ subdit. Fact⁹ obediẽs usq3 ad mortẽ. ℂ Scõus gradus scale est quo de utero uenit in p̄sepiũ. & iste est gradus magne asperitatis: q: lectũ hũit durũ & asperũ. ubi tria fuerũt que asperitatẽ fecerũt. s. teneritas pueri: vilitas pannoꝝ: & duritia p̄sepii. Luc. ii. Inuenietis infantẽ. ecce puer q̃ delicat⁹. pãnis inuolutũ. ecce q̃ vilibus pãnis suffectus. positũ in p̄sepio. ecce q̃ durus fuit lectus. ℂ Terti⁹ gradus est quo de p̄sepio uenit in mũdũ. & iste fuit gradus magne paupertatis. Ipse enĩ fuit paup in uita: in morte: & post mortẽ. Mat. viii. Uulpes foueas hñt: & uolucres celi nidos. filius aũt hoĩs nõ hẽt ubi caput suũ reclinet. Ac si diceret. Nec hẽo fouẽ sicut vulpes. i. sepulturam post mortẽ ad quiescẽdũ. Nec habeo nidũ sicut uolucres. i. domũ in vita ad habitãdũ. Nec habeo lectũ in morte. i. in cruce tabulã siue ceruical ad caput reclinãdũ. ℂ Quartus gradus est: quo de ipso mũdo ascẽdit in patibulũ. & iste fuit gradus magne charitatis. Joh. xv. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo hẽt &c. Ibi enĩ totus fuit igne ãmoris plenus: qđ manifestat per sanguineũ colorẽ & per uestiũ denudationẽ: & per sitis inflictionẽ: per corporis ruborem: & per sanguinis impetuosam emanationem. ℂ Quintus gradus est: quo descendit in tumulũ. & iste fuit gradus magne pietatis. Magna nãq3 fuit pietas visitare illos sctõs patres qui erãt desolati. & ppter dãnũ: q: dei visione erãt priuati. & ppter umbrosum locũ: q: erãt in tenebris inuoluti. & ppter cõsortiũ: q: demonib⁹ erãt vicini. Sed xp's eos fuit cõsolatus: q: suã faciẽ eis restituit: & ad locũ lucidũ eos deduxit: & socios angeloꝝ eos fecit. ppter ista oĩa dicit Ysa. ix. Populus qui ambulat in tenebris vidit lucẽ magnã. ℂ Sextus gradus est: quo de tumulo in mundũ rediit. & iste fuit gradus magne felicitatis. Leo papa post passionem suã ruptis vinculis mortis infirmitas in virtutem: mortalitas in eternitatẽ: cõtumelia trãsiuit in gloriã. ℂ Septimus gradus est quo de ipso mũdo ascẽdit in celũ. & iste fuit gradus magne maiestatis. Ascẽdit enim cũ iubilatione angelica. ps. Ascẽdit deus in iubilatione & dñs in uoce tube. Ascẽdit inuitatus uoce paterna. ps. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Cant. ii. Reuertere reuertere mi reuertere. Ascẽdit virtute ppria. Ysa. lxiii. Gradiẽs in multitudine vtutis sue. Ascẽdit cum nube lucida. de hoc Act. i. Nubes suscepit eũ ab oculis eoꝝ. Ascẽdit cũ societate decora. s. cũ angelis & aiab⁹. Gen. xxxii. Cũ duab⁹ turmis regredior. ideo cãtat ecclesia. Oĩs pulchritudo dñi exaltata est sup sydera. Et dixit. Oĩs pulchritudo: q: exaltata est pulchritudo deitatis: q: hodie ostendit suã potentiã. pulchritudo sui corporis: q: induit immortalitatẽ. pulchritudo aĩe: q: induit ĩpassibilitatẽ. pulchritudo angelica: q: hodie recupauit sui numeri integritatẽ. & pulchritudo humana: q: hodie aĩe sanctoꝝ receperũt eternã felicitatẽ. In ista enĩ p̄cessione fuit quicqd pulchrũ erat in celo. s. angeli. qcqd pulchrũ in inferno. s. patres de limbo educti. quicquid pulcherrimũ in mũdo. s. apostoli & ceteri discipuli. & quicquid pulchrũ super celũ & mundum. s. christus & beata virgo.

Sermo. cl. ℂ De eodem sermo secundus.

Psallite deo qui ascendit sup celũ celi ad orientem. Ecce dabit uoci sue uocem vtutis. ps. Propheta oẽs ad gaudẽdũ inuitat: q: xp's ad celos & in celum ascẽdit & celestẽ ianuã aperuit. In p̄missis q̄tuor sunt uidẽda. ℂ Primo nãq3 qualiter xp's ascẽdit: q: cũ iubilatione angelica: qđ notat cũ di. Psallite deo qui ascẽdit. Angeli enim cum multa iubilatione ipsum in celũ deduxerũt. Fit aũt iubilatio & sonus musicus scdm Aug. trib⁹ modis. Aliquãdo uoce: sicut in cantu. Aliqñ flatu: sicut in tubis. Aliqñ pulsu: sicut in cythara. Ut ergo ostẽdat q: angeli in xp̃i ascẽsione habuerũt oĩa genera musicoꝝ. ideo aliqñ di. q: ibi fuit sonus qui fit cũ uoce. ps. Iubilate deo in uoce exultationis. Aliqñ di q: fuit ibi sonus qui fit cũ flatu. ps. Ascẽdit deus in iubilatione: & dñs in uoce tube. Aliqñ di. q: fuit ibi sonus qui fit cũ pulsu. unde ps. Laudate eũ in psalterio & cythara. Siliter & nos pro sua ascẽsiõe ipm laudare debemus uoce: per grãꝝ actiones. Eccl. xliii. Bñdicẽtes dñm exaltate eũ quãtũ potestis &c. Flatu per cordis deuotionẽ. Eph. v. Cantãtes & psallẽtes in cordib⁹ uestris dño. Et pulsu: per bonã operationẽ. Mat. v. Uideãt opa uestra bona & glĩficẽt patrẽ uestrũ qui in celis est. ℂ Scõo uidẽdũ est quo ascẽdit: q: supra celos alta cum di. Sup celũ celi. Xp's nãq3 descenderat infra oẽs celos. s. infra celos materiales: q: in terra cõuersatus Baruch. iii. Post hec in terris visus est: & cũ hoibus cõuersatus. Infra celos rõnales: q: infra homines factus. ps. Ego aũt sum uermis & nõ hõ. Infra celos intellectuales: q: infra angelos minorat⁹. ps. Minuisti eũ paulominus ab angelis &c. Infra celũ supsubstãtiale: q: serui formã indut⁹. Phil. ii. Cũ in forma dei eẽt nõ rapinã arbitratus est eẽ eq̃lẽ deo: sed semetip̃m exinaniuit &c. Sz qui sic infra oẽs celos descẽdit: hodie sup oẽs ascẽdit. s. sup celos ĩmateriales: q: in celo empireo collocatus. ps. A summo celo egressio eius. & occursus eius usq3 ad summũ eius. Sup celos rõnales: q: caput ecclie cõstitut⁹. Eph. i. Ipm dedit caput super oẽm ecclesiam que est corpus ipsius. Super celos intellectuales: q: angeloꝝ dñs ordinatus. Ibidẽ. Cõstituit eũ ad dexterã suã in celestib⁹: sup oẽs principatũ & potestatẽ: usq3 ad celũ supsubstãtiale: qa usq3 ad dexterã patris exaltatus. vñ dẽ in symbolo athanasii. Ascẽdit in celũ sedet ad dexterã dei. Dextera aũt dei tripl' accipit. ¶ Dicit enĩ dextera dei equalitas dei: uel potiora bona dei: uel virtus & potestas dei. Xp's aũt est & deus nr̃: frater nr̃: & iudex nr̃. In quãtũ igit est deus nr̃ sedet a dextris dei. i. in eq̃litate dei. ps. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Inquãtum uo est frater nr̃. i. uerus hõ sedet a dextris dei. i. in potiorib⁹ bonis dei & potiori mõ. Act. vii. Ecce video celos apertos &c. Inquãtũ est iudex nr̃ sedet a dextris dei. i. in potẽtia dei. Nã dedit sibi p̃r omne iudiciũ fecit. Ioh. v. Et alibi. Data est mihi oĩs ptãs in celo & in terra. ¶ Tertio uidẽdũ est unde ipse ascẽdit: q: ab orientali plaga cũ di. Ad orientẽ. Ratio aũt quare potius ad orientem q̃ ad occidentẽ ascẽdere uoluit est: q: plaga orientalis erat odiosa et cõ. s. q: ibi orũ (?) fuit prima preuaricatio. Erat maledicta: q: ibi eciã habuit prima maledictio dei. Erat immũda: q: ibi eciã fuit prima sanguinis effusio. Sed deus cõtra tria mala sibi fecit tria bñficia. ¶ Primũ est q: ab oriẽte magos uenire uoluit: q: erat odiosa ppter primã preuaricationẽ fieret graciosa ppter primã glõrĩ uocationẽ. ¶ Secũdũ est: q: ab oriẽte ad celũ ascẽdere uoluit: ut q: ubi audita fuit prima dei maledictio ibi audiat eterna dei bñdictio que dicet. Uenite benedicti pr̃is mei &c. ¶ Tertium est: q: ab oriẽte ascẽdit: ut q: erat immũda per sacrã ascẽsionẽ fieret mũda. Erat q̃dẽ immũda terra per effusionẽ sanguinis innocẽtis: sed ip̃am mũdauit per ascẽsionẽ sui sanguinis. Erat immũda aqua per ablutionẽ bestiarũ immolatarũ idolis: sed eam mũdauit per cõtactũ sue carnis mũdissime. Erat immũdus aer et sumo incẽsoꝝ: sed eũ xp's mũdauit per suũ gloriosum ascẽsum. ℂ Quarto uidẽdũ est ppter qđ ascendit: q: pro celesti ianua reseranda: qđ notat cũ di. Ecce dabit uoci sue uocẽ virtutis. Illam. s. uocẽ de qua di. in ps. Tollite portas principes uestras & eleuamini porte eternales &c. In magno nãq3 palatio cõsueuerũt eẽ tres ordines ostioꝝ. Ideo deus palatio celi tres posuit portas: qua significatũ est Genes. iii. s. angelicã custodiã que significabat inimiciciã inter angelos & hoĩem. Rõphea uo acuta que repñtat diuinã iustitiã. que satisfactionẽ regrebat a hoĩem in corpe & aĩa inciderat. Et ignis uehementi que significabat obligationẽ ad penã eternam. Sed in baptismo xpi remota est una clausura. s. ignis uehementia. Aqua enim baptismatis extinguit oẽm vim ignis infernalis. Ideo celũ dic̃ fuit apertũ. In passione uo ablata est secũda clausura s. rõphea acuta. i. diuina iustitia: q: xp's sufficiẽs p̃ cũ soluit diuine iustitie & diuine iustitie satisfecit. ideo poterat dicẽ. Apñte mihi portas iustitie. In ascẽsiõe uo ablata est tertia clausura. s. angelica custodia: q: angelos hoĩbus reconciliauit: & utroꝝ secũ in celũ deduxit. Et ideo tã hoĩs q̃ angeli q eum sequebant clamabant dicentes. Tollite portas principes uestras & eleuamini porte eternales. Et introibit rex glorie.

Sermo. cli. ℂ Eodem die Sermo tertius.

Uidentibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eũ ab oculis eoꝝ. Act. i. In uerbis p̄missis

ostendit q̄ ipse triplē ascēdit. ℣ pariter. ℣ sublimiter. ℣ feruenter. ℭ Pariter cū vt. Viderūt illi. ℣ feruenter. ℭ Pariter cū vt. Videntibus illis. In ipo nāq; fuerūt quēdā mysteria que fuerūt occulta sicut resurrectio: q; nullus eam scīuit nisi ipse. Et qualiter claustra inferni cōfregit: et qualiter clauso ostio exiuit. nulli manifestū fuit de monumēto clauso exiuit. nulli manifestū fuit. Quedā vo fuerūt ex parte occulta. et ex parte manifesta sicut natiuitas. q̄ aūt fuit in p̄sepio reclinatus. hoc fuit manifestū. Sed q̄ fuit de spū scō conceptus: et clauso utero natus. hoc fuit occultū. Que dā fuerūt manifesta: sicut pallio et ascēsio. Et q̄dāq; resurrectio erat magne sublimitatis. et ideo voluit eā ee occultā. Eius natiuitas fuit magne humilitatis: inquātū fuit pānis inuolutus et in p̄sepio reclinatus. et quātū ad hoc voluit ipsam ee manifestā. Et fuit magne dignitatis inquātū fuit de spiritu scō conceptus. et quātū ad hoc voluit ipsam ee occultā. Passio aūt xpi cedebat ad magnā ifirmitatē et vilitatē: et ideo voluit eā ee manifestā. Ascēsio aūt cedebat ad patris honorē: et discipulorū cōsolationē: et ideo voluit eā ee manifestā. Et quo patet q̄ ipse abscōdebat sua sublimia et manifestabat sua infima: tēa que erant ad honorem dei et edificationem proximi. Sed nos econtrario facimus q̄ nos nra infima abscōdimus: et nra sublimia p̄palamus: de dei honore et populi edificatione sepe parū curamus. Per hoc ergo q̄ ipse videntibus discipulis ascēdit: dat intelligi q̄ ante oculos cordis nr̄i: eius ascēsionē semp habere debemus. Qui enim ipsam sepe meditat viuēnā gr̄am p̄merebitur. hoc significat̄ ei. iiij. Reg. ij. Vbi cū helyseus videret helyā ascēdentem: recepit duplicē spūm et pallā. Illi enim qui ipm ascēdētē per fidē et deuotionem p̄spiciūt sepe recipiūt spūm duplicē. i. ad duo. ad remissionē peccatorū: et ad munera virtutum. Recipiūt etiā pallā. i. scīentie exēplū primo adhibēdū. Xps aūt nō indiguit spiritu duplici sed simplici q̄ non habuit ipm ad remissionē peccatorū: q̄ nullū peccātū cōmisit. Habuit tñ spūm ad munera virtutū et aliarū gr̄arū. Ascēdēs etiā in celum nō indigebat pallio. i. exēplo: q̄ exēpla nō sunt necessaria nisi in p̄sti vita. ℭ Sēdo ipse ascēdit sublimiter: cū vt. Eleuatus est. Nos etiā debemus ad ipsam eleuari. et ad ipsum ascēdere scala: que quatuor gradus debet habere. ℣ Primus gradus debet ee. i. terrena despicere. Et per hōc gradum eleuat̄ est Ezechyel qui ait Ezech. viii. Eleuauit me spūs inter cēlū et terrā. Nō enim dixit. Dimisit me in terra. q; ibi sunt anari terrena appetētes. Nec dixit. Posuit me in celo: q; ibi sunt boni celestia p̄fidētes. sed dixit. Eleuauit me inter cēlū et terram q; ibi sunt p̄fecti viri terrena despicientes. Hāc cuiq; sup terrā per terrenoꝝ p̄tēptū et appropinquāt ad celū per celestiū appetitū. ℣ Secūdus gradus est opibus misericordie uacare. Per istū gradum ascendit abachuc. ut habet Dan. xiiij. Qui rapuit eum angelo usq; in babylonē portās vasculū panis aūt angelo usq; in babylonē portās vasculū panis diū q̄ō et melloribus ꝓparauerat: per q̄ō dat intelligi q̄ hō interdū debet pauperes remotos ingrere et de necessariis vare. et bonos inuisio p̄parare. ℣ Tertius gradus est deū et primū p̄ecte diligere. per hūc gradū ascēdit helyas qui i curru igneo raptus est. Currus igneus est ipsa charitas. q̄um rote sunt q̄tuor modi diligendi. s. ex toto corde: ex tota mēte: ex tota alā: et ex oībus viribꝰ. uel q̄tuor rote sunt q̄tuor diligēda. s. deus: amicus: inimicus: et nosipsi. ℣ Quartus gradus est diuine ꝓtēplationi insistere: per hūc gradū ascēdit paulus et est raptus usq; in tertiū celū raptus. Ascēdere aūt in deum per creaturarū visibiliū manuductionē est ascēdere usq; ad primū celū. Ascēdere per intellectualē cōsiderationē: est ascēdere usq; ad secūdū. Ascēdere aūt per intellectū ad dei formā immediatā intuitionē: est ascēdē usq; ad tertiū celū. ℭ Tertio ascēdit honorabiliter: cū vt. Et nubes suscepit eū. Voluit aūt cū nube celesti ascēdere. ad insinuādū q̄ sicut impleuerat terrestria mūdā rediēdo. et infernalia patres educēdo. sic volebat implere celestia animā angelicā reparādo. ut impleat illud q̄ dr Eph. iiij. Qui ascēdit ipse est qui ascēdit sup oēs celos ut adimpleret oia. Vt vo melius videamus quomodo oia adimpleuit notādū q̄ in mūdo quintuplex erat defect' qui notat Gen. i. ℣ Primus erat habitationis grate: cū dr. In ꝓncipio creauit deus celū et terrā. ac si dicat. terrā dedit hoi. celū vo reseruauit sibi. ℣ Secūs erat ignorātie: q; hō vidit patrie nesciebat: cū dr. tenebre erāt. ℣ Tertius aūt erat defectus gr̄e. cū dr. Inanis. q; sicut dicit Ecclesiastes. Homo achuris. i. sine gr̄a quasi fabula vanus. ℣ Quartus erat defect' misericordie. cū dr. Et vacua. Erat enim vacua. s. dei misericordia et prima dei iustitia. ℣ Quintus erat defectus p̄uaricantis. q; homines fragiles erāt ad p̄seuerādā boni. et tolerandā mali. cū dr. Abyssi. i. sine base virtutis. ℣ Xps igit primo ascēdit ut celestē ianuā aperiret. et sic adimpleuit defectū habitationis grate. Heb. ix. Per ꝓpriū sanguinē introiuit semel in sancta scīoꝝ. ℣ Secūdo ascēdit ut viā in celū ostēderet. et sic adimpleuit defectū scīentie. Mich. ii. Ascēdit pandēs iter ante eos. ℣ Tertio ascēdit ut spūm sanctificatorē mitteret. et sic adimpleuit defectum gr̄e. Joā. xvi. Si enim non abiero paraclytus nō veniet ad vos &c. ℣ Quarto ascēdit ut pro nobis intercederet. et patrē ad misericordiā inclinaret. Et sic adimpleuit defectū misericordie. Heb. ix. Introiuit in ipsum celum ut apparet vultui dei pro nobis. ℣ Quinto ascēdit ut p̄missionē hūs sancti corda discipulorū debita roboraret. Et sic adimpleuit defectū perseuerantie. p̄. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Sermo. cliij. ℭ De eodem Sermo quartus.

## Ecce duo viri astiterūt in uestib' albis &c.

Iste duo viri fuerūt duo angeli in forma virili positi q̄ apl̄os instruerēt. Oneri aūt p̄sallētes cum christo ascēderūt. De ipsis nanq; angelis circa visū ascēsionē quatuor legunt. s. ꝯ reuelatio. ℣ admiratio. ℣ deductio. ℣ et tubilatio. ℭ Primū nāq; est revelatio. nam ꝑm Dionysium. Et diuine bonitatis est ut illuminationes suas influat supioribus. superiores mediis. et medii inferioribus: ac inferiores nobis. Ista lex hodie est seruata. Nam ipse xps sua ascēsione supioribus angelis reuelauit quando ipsis interrogātibus. Quis est iste rex glorie. respondit. Ego qui loquor: iustitia et ꝓpugnator: sum ad saluādū. ut dr Ysa. lxiij. Deinde ipsis superiores mediis reuelauerūt. p̄. Dies diei eructat verbum. Dies diei verbū eructauit quādo reuelauit ascēsionis mysteriū supioribus hierarchis medie. Deinde medii inferioribus reuelauerūt quādo ipsis inferioribus interrogātibus. Quis est iste rex glorie. rūderunt. Dñs virtutū ipse est rex glorie. Dein de ipsi inferiores nobis reuelauerūt. quādo in forma viri apparētes dixerunt. Vir iesus qui assumptus est a nobis in celū &c. ℭ Secūdā est ꝯ admiratio. Admirabant enim videntes q; terra ascendebat supra celū. Cum enim olim dictum sit Prouerb. xxx. Celū sursum et terra deorsum. iā in christi ascēsione ecōtrario dici poterat. terra sursum et celū deorsum. Admirabant q; homo ascendebat supra angelū. vnde p̄. Ascēdit sup cherubin et volauit. q; hō ascēdebat usq; ad deū. Dan. vii. Venit usq; ad virū qui sedebat in throno. Insup poterāt admirari de tali ꝯpis qualitate. de tanta decora societate. et de tāta potestate. Ysa. lxiij. Quis est iste qui venit de edom tinctis uestib' de bosra. ecce iste admirabilis ꝯporis qualitas. Iste nāq; formosus in stola sua. ecce iste formosa societas. ale enim sanctoꝝ sunt decora uestis xpi. gradiens in multitudine virtutis sue. ecce qualis potestas. ℭ Tertiū est ꝯ deductio. Deducebāt enim ipsum in celum tanq; regem in signū reuerētie ad solū maiestatis Ysa. ix. Sup solū dauid et sup regnū eius sedebit. Tanq; summū sacerdotē et pontificem in signum obedientie inuiolatē paterne pietatis. Heb. viii. Habentes pontificē magnū qui penetrauit celos ie-



suz &c. Tanq; etiā iudicē in signū potestatis ad fiēdū iudiciariē potestatis. Matth. xxv. Cū venerit filius hois in maiestate sua tunc sedebit sup sedem maiestatis sue &c. Tanq; victoriosum pugilē in signū victorie ad quātū triūphalis victorie. Apoca. iij. Ego vici et sedi cū ꝑe meo in throno eius. Tanq; sponsum in signū lētie ad thalamū nuptialis festivitatis. Psal. xviij. Tanquā sponsus ꝓcedens de thalamo suo. Tanq; confidēter in eo: quasi in thalamo tota die morabatur. ℭ Quartū est eorum tubilatio. Angelorū enim qui cum christo ascēdebāt: quidam ꝓcedebant ut viam ꝑparārēt et demones de aere expellerēt. quidam eo ꝯcomitabant ut filii assisterēt. Quidam se quebant ut obsequium sibi exhiberent. Omnes autem et qui ꝓcedebāt: et qui ꝯcomitabant: et qui se quebant psallebant: et christum cum laudibus deducebāt. quorū quidā vocibus tubis sibi abūt. quidam tubis clangebāt. p̄. Ascēdit deus in iubilatione. et dns in voce tube. quidā cytharizabāt. p̄. Laudate eum in psalterio et cythara. quidam toto corpore plaudebant. p̄. Omnes gentes plaudite manibus. Omnes enim sine intermissione continuatis vocibus psallebant dicētes. psallite deo nostro psallite regi nostro psallite.

Sermo. cliij. ℭ De eodem Sermo quintus.

## Dominus quidem iesus postq̄ locutus est eis assumptꝰ est in celum: et sedet a dextris dei. Mar. xvi.

Beatus marcus descriptor christi gloriosū ascēsum quatuor ostendit: scilicet. ℣ q; christus in sua ascēsione habuit multam potestatē cum dicit. Dñs quidem iesus. ℣ q; habuit cum apl̄is multam familiaritatē: cum dicit. Postq̄ locutus est eis. ℣ q; habuit in sua ascēsione magnā sublimitatem: cum dicit. Assumptus est in celum. ℣ q; habuit multam maiestatē: cū dicit. Sedet a dextris dei. ℭ Potestas quidē eius ostēditur: quādo vtis appellat. Ostenderat quidē se olim maris quando super mare ambulauit. et eorū que sunt in mari: quādo magnam multitudinē piscium capi fecit. Ostenderat se dominum terre: quando in sua passione terra contremuit. Et eorum que sunt in terra: quando mortuos suscitauit. Ostenderat se dominum inferni: quando ueteres ferreos confregit. et eorum que in inferno: quando demonem alligauit: et sanctos patres inde eduxit. Volens autem ostendit se dominum aeris: quando propria virtute per aerem ascendit. et eorum que in aere: quando ipsum nubes lucida susceperunt. Vnde Glosa super illud Actuum. i. Et nubes. Cum ascendit. Et nubes suscepit eum. dicit. Creatura videbat obsequiosa suscepit eum. dicit. Creatura videbat obsequiosa suscepit eum. dicit. Creatura videbat obsequiosa

ēpauit. Ascendentem nubes suscepit. Ostendit enī se illum cēli. qñ celos sibi aperuit. ꝛ eos que sunt in celo qñ eis angelos multqdo sibi obuia uit. ꝛ ipm in celo recepit. ℭ Scō xps in sua ascē sione ostēdit apothosim magnā familiaritatem. Et hoc maxime in tribus. ℣ Primo in hoc q eos dñs uocauit tanq̄ uultus amicos. Solent enī amici comedere tanq̄ uultus amicos. Solent enī amici abhorrere oscillari inuicē equlari. Ubi vñ. Et cōabhorrebit oscillari inuicē equlari. Ubi vñ. Et cōuelēs pergit eis vñ. ℣ Secūdo in hoc q eis būdi uelēs pergit eis vñ. ut habet Luc. ult. ꝛ.i. Petri. ii. pergit tanq̄ eos xps. ut habet Luc. ult. ꝛ.i. Petri. ii. Couerti ettus ad patrē. ꝛ ipm aiarū uestrarum. ℣ Tertio in hoc q eos instruxit ꝛ increpauit tanq̄ magister suos. Ubi vñ q reprobauit incredulitatem eoꝝ ꝛ duritiā cordis. Tunc eos enī maxime increpauit qñ ab eis erat discessurus ꝛ videbant pectus cōsolationibus indigere. per qđ vñ intelligi q multos debet indignari si corripiat. sed debet patiēter ferre ꝛ se emēdare. Sunt trī qdaz qui uos reprehēdunt hñt se ad instar cere. qđā ad instar lapidis. ꝛ qđā ad instar spine. Cera enī si tangit statim cedit. sic plerīq; si aliquo uerbo correptionis tanguntur statim cedūt. i. statim se corrigūt ꝛ acquiescūt. Lapis enī si tangit nō cedit. nō tamē leditur. sic plerīq; si corripiant nō acquiescūt: sed irrepehendibiliter uerba salutifera uerbi nō inferūt. Spina aūt si tangit nō cedit: ꝛ insup pūgit. sic plerīq; si reprehendunt nec se corrigūt ꝛ insup in reprehendentē uerba contumeliosa proferūt. ℭ Tertio xps in sua ascensiōe habuit magnā sublimitatē: cū vñ. Assumpt' est in celū. Nō enīz fuit trāslatus sicut enoch. nec subuectus sicut ipse helyas. nec raptus sicut paulus: sed fuit assumptus. i. a seipso sumptus. Per hoc aūt quadruplicē differētiā ascēdentiū ostēdit: quadruplex gradus ascendēdi in deū. ℣ Primus est qñ quis trāsfert de culpa in gram. Iste signi ficat per trāslationē enoch in paradisum. Gia enīz dei vñ paradisus. Ecc. xliii. Gia dei sicut paradisus benedictionis. Significat enī per trāsitū filiorum israel de egypto in desertū. ℣ Secūdus gradus est quo qs subuehit de gra in gram. Iste significat per subuectionē helye in curru igneo: qr gra dei est currus igneus. quia per bona opera currere nos facit ꝛ in amorē dei ꝛ proximi nos incēdit. Significat etiā per secundū trāsitū filiorum israel quo de mansionem in mansionem trāsierūt. ℣ Tertius gradus est quo quis in deum rapit per delectationē ꝛ deificationē. ꝛ ille significatur per raptū pauli: qui usq; ad tertiū celū raptus est. Et enī ille significat per tertiū trāsitū filiorum israel quo de mansionibus in terrā promissionis pueniēbāt. ℣ Quartus gradus est quo quis transit de pēgrinatione vie ad peregrinationē patrie. ille significat per assumptionē xpi in celū. Significat etiam per quartū trāsitū filiorum israel quo de terra promissionis per multa certamina in hierlm. i. in visionem pacis postmodū puenerūt. ℭ Quarto christus in sua ascēsione ostēdit humanitatē: cum vñ. Et sedet ad dexterā dei. Greco aūt quod dexteram dei sedet fiducia hēmus ascēdēdi ad deū. ℣ Pāo q ibi est caput nostrū gloriosum. Et ideo sibi membra plunger. deformis enī esset caput sine membris. Et qui recepit caput in hospitio suo: ꝛ ipse membra hospitiū nō negabit. Joan. xi. Nemo ascendit in celū nisi qui descēdit de celo. caput. i. cuy membra. ℣ Secūdo q: habemus ibi fidelē secū qui manū nobis porrigit ꝛ nos ad se trahit. Deutero. xxiii. Ascensor celi auxiliator tuus. pā. Tenuisti manū dexterā. Cant. i. Trahe me post te. ℣ Tertio q: ibi habemus sapiētē aduocatū qui pro nobis allegatiōes ponit. i. Joan. ii. Si quis peccauerit aduocatū habemus apud patrē ipsum iustum. Sic enī in ipso mūdo sunt cū peccatricus apud patrē pro eis aduocādo: in iudicio aūt erit cōtra peccatores ipos punicēdo. ℣ Quarto q: ibi habemus precursorē puīā qui viam nobis ostēdit. Mich. ii. Ascēdet pandēs iter ante eos. ℣ Quinto q: ibi habemus fratrū nostrorū collegium qui suis offensis ꝛ meritis nos pdūcēt. pā. Leuauī oculos meos in montes vñ veniet auxiliū mihi. Cū vicūr illi qui sūt in hierlm. i. in dei visione ibīt qui sunt in egypto. i. in hoc mūdo illud quod habēt. ii. Mach. i. Die sumus orantes pro vobis.

Sermo. clxxi. ℭ De eodem sermo. vi.

Signa aūt eos qui crediderint hec sequent. ꝛc. Nō vult dicē xps q quicūq; credit omnia ista signa faciat: sed ista signa inter fideles ꝛ credētes fiant. Nā alius ejcit demonia. alius fugat serpētes. alius loquit linguis nouis. alius uenenū bibet ꝛ sibi nō nocet. alius sanat egrotos. ℭ Ista aūt quoque signa uelliguntur aliter aut spūaliter. Si litteraliter intelligunt tunc in ecclesia primitiua frequēter fiebāt: modo aūt raro. Ecclesia aūt habuit triplicē statū. s. primitiuū moderniū ꝛ ultimū. In statu primitiuo frequēter fiebāt: modo aūt raro. ꝛ in ultimo statu. i. antichristi fient rarissime. In primitivo nāq; statu frequēter fiebant. qr ꝛ sm Chrysosto. Natura mirabilia hēt admirationē: utilitatē: ꝛ necessitatē. Debent igitur miracula fieri operabat sm Chrysosto. Et propter admirationem: qr homines erant insensibiles: ꝛ ideo erant aliquibus mirabilibus subleuandi. Et ppter utilitatem. qr ꝛ tunc multi erant infirmi ꝛ a demonibus oppressi. Et ꝛ propter necessitatem: qr erāt infideles ꝛ erroribus inuolūti. Modernō aūt desinūt pene raro fiunt: cum hoc non suadet necessitas ꝛ eo qr sūt fideles. Aliquādo tamē fiunt: qr hoc suadet utilitas. qr aliquādo inuenīūr aliqui infirmi ꝛ indigentes. Quare aūt modo nō fiunt ita indifferēter sicut in primitiva ecclesia. triplex est ratio. ℣ Una est ꝓpter fidei firmamentum: qr modo ecclesia est in fide firmata ꝛ stabilita. Istā rōnem assignat Bern. ponens exemplum de planta cui tādiu aquā infundimus quousq; in terra conualuisse videamus. ℣ Secō ppter utile mundi exemplū. Istā rōnem assignat Aug. ec ei uicar. Dei vicens. Quisquis adhuc pdigia ut credat inquirit. magnū est ipse pdigium qui mundo credente nō credit. ℣ Tertio ꝓpter fidei maioris meritū. qr sm Greg. Fides nō habet meritū ubi humana ratio hēt experimētū. In fine aūt rarissime fient triplici de causa sm Isid. Siue ut per sequentiā manus audacior efficiat. siue ut sanctorū patiēdia cōprobet. siue ut qui caduri sunt eoꝝ leuitas ostendat. ℭ Secūdo hec miracula possunt intelligi spūaliter. ꝛ tūc ista miracula quotidie fiūt. ℣ Primo nāq; sunt multi qui demonia ejciunt. Auarus enim habet demonē qui vocat mamon. Sed luxuriosus habet demonē qui vocat asmodeus. Superbus vō habet demonē qui vocat lucifer. Variis tēptationibus agitatus habet demonē qui vocat beelzebub: qui est deus muscarum. Si ergo aliquis sctus vir per suā ꝑdicationē uel oratiōnem quēdā aliquē auarū uel usurariū expellit mamonē. Si quis luxuriosum expellit asmodeus. Si vō superbū expellit lucifer. Si autē cōuertit tēptationes uarias patiēter expellit beelzebub. ℣ Secūdo linguis loquunt nouis. Dē nāq; tres publicas fecit. s. celestē: terrestrē: ꝛ infernalē. Linguagium quincie celestis est deum laudare. Terrestris vō est de vanitatibus tractare. Infernalis vō mētiri ꝛ blasphemare. Quādo enim aliqs cōsueuerat loqui linguagiū quincie terrestris tota die de terrenis tractādo. uel quādo quis ꝓsueuerat loqui linguagiū quincie infernalis mēdacio ꝛ detrahēdo: ꝛ postea incipit loqui linguagium quincie celestis deū laudādo ꝛ poetimū edificādo. iste loquit linguis nouis. ℣ Tertio serpentes tollunt. Serpens aliqñ tollit per amputationem caude. Et tunc adhuc viuit. Aliqñ per amputationem corporis. ꝛ tunc statim viuit. Aliquando per partionē capitis. ꝛ tūc ofino extinctus est. Qui dā igit tollūt serpētē qñ ad amputationē caude: qui dimittūt peccā qñ ad actū exteriorē. ꝛ nō qñ ad actū interiorē. s. cogitatū ꝛ ꝓpositū. ꝛ ibi imperfecte tollūt. Quidā tollūt serpētē qñ ad amputationē corpis q dimittūt peccā qñ ad actū. ꝛ qñ ad consensum. sed nō qñ ad cogitatū. ꝛ ibi semiplene tollunt. Quidaz vō tollunt ꝑ inspectum qñ ad cōtritionē captiuā qui timuimus peccare qñ ad actū: qñ ad placitum. ꝛ qñ ad cogitatum. Et isti ꝑfectissime tollunt. ℣ Quarto angeli si mortifera qđ biberint nō eis nocet. Mortiferū aūt nō nocet qñ gustat: sed nō bibit. aut qñ bibit: sed statim reiicit. aut qñ triacha remedia ꝓbibetur. Quādo igit aliquis sl qui mortiferā suggestionem alicui offert his tribus casibus nocere nō pōt. ℣ Primo qñ quis illā gustat: sed nō bibit. hoc est sentit sed nō consentit: qr statim diabolo resistit ꝛ cōtradicit. Jaco. iiii. Resistite diabolo ꝛ fugiet a vobis. ℣ Secundo qñ quis bibit per consensum ꝛ operationē: sed statim reiicit per confessionem. ℣ Prouerb. xxv. Verba ꝓgregantis filii nonchris. Ille enim qui peccata ꝓgregit per operationē statim debet ea euomare per confessionem. ℣ Tertio quādo recurrit ad triachum. i. ad sanguinē Jesu christi. Aug. Effusus est sanguis meus ei ꝛ facta est medicina frenetici. ℣ Quinto super egros manus imponunt ꝛ bene habebūt. Sunt quidam sani. quidā infirmi. quidā mortui. quidā sensibiles. Sani sunt iusti. infirmi sunt de nouo conuersi. mortui sunt peccatores. sensibiles sunt uiui in peccatis permanentes. Sancti igit viri aliquādo ponunt manus suoꝝ meritoꝝ. i. suoꝝ suffragioꝝ super sanos non ut sanentur. sed ut in sanitatem cōseruentur. ꝛ maiorē gratiā mereantur. Act. viii. Tunc ipsi dabāt sup illos manus ꝛ accipiebāt spīm sanctum. Imponunt super debiles ꝛ infirmos ut ad bene operandū confortent. Jaco. v. Infirmat quis in vobis inducat presbyteros ecclie ꝛc. Imponūt super mortuos ut a peccato reuiuificentur. qđ significatum est Matth. ix. ubi dns tenuit manū puellē mortue dicēs. Tibi dico surge. Imponūt super sensibiles ut misericorditer reparentur. sicut patet in lazaro quatriduano ꝛ sensibus: quem deus misericorditer suscitauit.

Sermo. clxx. ℭ De translatione beati Dominici sermo primus.

Translationem testimonium habuit enoch placuisse deo. Heb. xi.

Hodie solum translationis dñici celebramus. Cōmendatur aūt in verbis premissa a tribus. ℭ Et primo a sua sacra dedicatione. cum ei est Enoch. qđ interpretatur dedicatio. Dedicauit enim omnia ofino sua ꝛ sl. Sua quidē omnia ejusdem ofino dedicauit: propter quod omnia relinquendo ꝛ pauperibus largiendo. Dedicauit ꝛ se ofino

e totam suam reliquam etatem. Nam et in pueritia sua sepe lectum dimisit. et super terram iacuit et accubuit. Prouerb. xx. Ex studiis suis intelligitur puer. In iuuentute lasciuias iuuentutis declinauit et libros uendens precium pauperibus erogauit. Ecc. xxv. Que in iuuentute non congregasti: quomodo inuenies in senectute. Totam enim reliquam suam etatem in ordine laudabiliter consumauit. Sap. iiii. Consumatus in breui expleuit tempora multa etc.

¶ Secundo commendatur a diuina approbatione. cum di. Placuisse deo. Placuit autem deo per tria. s. per ordinem quem instituit. per alias quas conuertit. et per sensualitatem quam rationi seruire coegit. De his tribus di. Eccle. xxv. In tribus beneplacitum est spiritui meo. que sunt concordia fratrum. hoc quantum ad ordinem quem instituit. ubi unam animam et unum corpus esse uoluit. Amor proximorum. hoc quantum ad animas quas conuertit. quas ad dei et proximi dilectionem et amorem adduxit. Et vir et mulier sibi bene consentientes. hoc quantum ad sensualitatem quam rationi seruire coegit.

¶ Tertio commendatur a miraculosa translatione: cum di. Ante translationem testimonium habuit. ¶ Habuit quidem testimonium ante translationem. ¶ et post translationem. ¶ et in ipsa translatione. ¶ Ante translationem quidem. s. dum uiueret in mundo: habuit triplex testimonium: de quo di. Joan. v. Tres sunt qui testimonium dant in terra. s. spiritus: aqua: et sanguis. Sic quidem beato dominico adhuc viuente in terris testimonium dedit spiritus sanctus replendo ipsum charismate donum gratiarum. Eccle. xv. Adimpleuit eum spiritu sapientie et intellectus. Testimonium sibi dedit aqua in abundantia lachrymarum. Unde di in legenda sua. Specialem gratiam sibi dederat deus flere pro peccatoribus miseris et afflictis. Testimonium sibi dederat sanguis. i. feruens martyrii desiderium. vnde di et ceo. Sitiebat seruus christi martyrium sicut sitit ceruus ad aque fluuium. ¶ Secundo habuit testimonium post translationem sicut modo habet in celo: qui tres sunt qui testimonium dant in celo. s. pater uerbum et spiritus sanctus. Pater namque introduxit eum in thesaurus sue potentie. ps. Introibo in potentias domini etc. Prouerbio. xxi. Thesaurus desiderabilis et oleum in tabernaculo iusti. In beato enim dominico qui fuit tabernaculum spiritus est thesaurus ad ditandum. et oleum ad miserandum. Habent illum thesaurum non decet furibus. Habenti miserationis oleum non decet dolorem. et ideo habet potestatem ut ditari possit. et habet uoluntatem ut ditari uelit. Filius statuit eum tanquam speculum sue sapientie. de quo speculo di Sapientie. vii. Candor enim est lucis eterne et speculum sine macula. Beatus igitur dominicus et bibit in fonte diuino: et uidet in speculo claro. ps. Apud te fons vite et in lumine tuo videbimus. Spiritus sanctus induxit eum in fontem gratie et misericordie. de quo di Apocal. xxii. Ostendit mihi fluuium aque viue splendidum tanquam cristallum. Ipse enim modo habet gratiam abundantem. ideo di fluuium. Indeficientem. ideo di aque viue. Refulgentem. ideo di splendidum tanquam cristallum. ¶ Tertio habuit testimonium in translatione per odorem mirabilem qui de eius tumulo emanauit. Non enim ille odor erat naturalis: sed mirabilis. quia fuit res ardua. res insolita. et res insperata. et res contra solitum nature effecta. ¶ Fuit enim res ardua. et hoc ratione virtutis. Tante enim virtutis fuit quod infirmos curabat. Eccle. xxiiii. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Sicut enim myrrha expellit serpentes: sic odor ille fugabat demones et omnes infirmitates. ¶ Secundo fuit res insolita. Et hoc ratione qualitatis. Nulli enim odori materiali similis videbatur. Quia nimirum celestis pigmentarius non de materia terrenorum aromatum: sed de plenitudine celestium charismatum ipsum confecerat. Eccl. xxxviii. Unguentarius faciet vnguenta suauitatis etc. ¶ Tertio fuit res insperata. Et hoc ratione quantitatis. Uincebat enim omnes alios odores. Cant. iiii. Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. ¶ Quarto fuit res contra solitum cursum nature effecta. Et hoc ratione originis. Est namque contra cursum nature: ut de ossibus fetidis vnde consueuit emanare fetor: tantus emanat odor. Eccle. xlix. Ossa ipsius visitata sunt a deo s. per tam miri odoris infusionem. vnde sequitur. Et post mortem prophetauerunt non quidem uerbis: sed miraculis. non lingua: sed suauis odoris fragrantia. non uoce: sed spiritu et virtute.

Sermo. clvi. ¶ De translatione eiusdem sermo. ii.

Enoch placuit deo et translatus est in paradisum ut daret sapientiam gentibus. Eccle. xliiii. Per translationem ipsius enoch in paradisum terrestrem significatur translatio beati. Dominici hodie facta in ecclesia militanti. In uerbis autem premissis sanctus Dominicus a quatuor commendatur. ¶ Primo a deuota christi imitatione. cum di Enoch. qui interpretatur ambulans cum deo. Consueuit autem homo libenter cum alio ambulare: et se sibi associare. aut quando est similis. aut quando est familiaris. aut quando est propinquus siue affinis: Innocentia autem facit hominem christo similem. ideo christus innocentes sibi libenter adiungit. ps. Innocentes et recti adheserunt mihi. Contemplatio facit hominem deo familiarem. Unde di de moyse maximo contemplatore dei Exod. xxxiii. Loquebatur dominus ad moysen facie ad faciem: sicut loqui solet homo ad amicum suum. Castitas autem facit hominem deo propinquum et affinem. Sap. vi. Incorruptio proximum deo facit. Recte autem christus ambulauit cum beato dominico: et beatus dominicus cum eo. Tum quia fuit sibi similis seruando innocentiam baptismalem. Tum quia fuit sibi familiaris per contemplationem celestem. Tum quia fuit sibi propinquus et affinis per pudicitiam virginalem. ps. Ego autem in innocentia mea ingressus sum. hoc quo ad innocentiam baptismalem. Pes meus stetit in directo. hoc quo ad virginalem pudicitiam. Pes. i. affectus anime tunc in directo stat. quando ad nulla immunda dilabitur: sed semper mundus et castus seruatur. In ecclesiis benedicam te domine: hoc quo ad contemplationem eternam. ¶ Secundo commendatur a diuina approbatione. cum di. placuit deo. Inter ceteras autem virtutes que deo placent est misericordia. iuxta illud Math. ix. Misericordiam uolo et non sacrificium. Beatus Dominicus misericordiam habuit temporalem et spiritualem. Temporalem quidem: quia libros suos uendidit et pauperibus dedit. pro redemptione captiui seipsum uendere uoluit. Si ergo fuit tante charitatis pietatis: et liberalitatis in mundo. multo fortius nunc est in celo. cum hic charitatis igniculus et ibi caminus. Ysa. xxx. Dixit dominus cuius ignis in syon: et caminus in hierusalem. Hic stilla pietatis: ibi fluuius. ps. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Hic fragmentum liberalitatis: ibi cumulus. Luc. vi. Mensuram bonam et confertam etc. Habuit etiam misericordiam spiritualem in conuersione peccatorum per sollicitam et feruentem predicationem. Noluit enim exercere officium mundanum: sed in hoc exercuit officium apostolicum. i. Cor. i. Non misit me dominus baptizare: sed euangelizare. Officium angelicum. Luc. ii. Ecce euangelizo uobis gaudium magnum. Officium diuinum. vnde dicit christus Luc. iiii. Aliis ciuitatibus euangelizare non oportet regnum dei: quia ideo missus sum. ¶ Tertio commendatur a felici translatione: cum di. Et translatus est in paradisum. Fuit dominicus tripliciter translatus ante mortem. in morte. et post mortem. Prima translatio est quantum ad corpus et spiritum. Secunda est quantum ad spiritum. Tertia quantum ad corpus proprium. Prima fuit de loco periculoso ad locum securum. Secunda translatio fuit de loco laborioso ad locum quietum. Tertia de loco despecto ad locum honorificum. ¶ Prima quidem translatio est quantum ad corpus et spiritum. s. quando de mundo translatus est ad claustrum relinquens mundum: et corpore per habitationem: et mente per amorem. Sap. iiii. Placens deo factus dilectus et viuens inter peccatores translatus est. ¶ Secunda translatio est quantum ad spiritum. s. de mundo ad celum. Col. i. Eripuit nos de potestate tenebrarum: et transtulit in regnum filii dilectionis sue. ¶ Tertia est quantum ad corpus proprium de loco. s. despecto ad locum honorificum. de quo potest exponi quod dicitur Gen. xliii. Deus visitabit uos: asportate ossa mea uobiscum de loco isto. ¶ Primam uisitationem seu translationem fecit spiritus sanctus: qui illum inspirauit ut mundum relinqueret: et religionem intraret. Sap. iiii. Properauit illum educere de medio iniquitatum. ¶ Secundam fecit angelus deus pater: et filius ut patet in apparitione scale. ¶ Tertiam fecit fidelium cetus. Unde potest exponi illud quod di. i. Paral. v. Cum uenissent cuncti seniores israel portauerunt leuite arcam: et intulerunt eam in tabernaculum. Et dicit quod translatus est in paradisum. Nam prima translatio facta est in paradisum religionis. Gen. ii. Tulit deus hominem. i. beatum dominicum. et posuit eum in paradiso voluptatis. i. religionis: ut operaretur et custodiret illum. Religiosus enim vir debet contemplationi insistere per bona opera se exercere: et suum ordinem custodire. Secunda facta est in paradisum ecclesie triumphantis. Apoc. ii. Uincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei. Tertia translatio facta est in paradisum ecclesie militantis: ubi datur misericordia ad remissionem et gratia ad iustificationem. Eccle. xl. Gratia sicut paradisus in benedictionibus et misericordia in secula permanet. ¶ Quarto et ultimo beatus dominicus commendatur a finali intentione. cum di. Ut daret gentibus sapientiam. Nam in quantum translatus est in paradisum religionis dedit sapientiam suis doctrinis. Prouer. v. Deriuentur fontes tui foras etc. In quantum uero translatus est in paradisum ecclesie triumphantis dat sapientiam suis meritis. Eccl. xliiii. Sapientiam ipsorum narrant populi etc. Et in quantum translatus est in paradisum ecclesie militantis dat sapientiam suis miraculis que quotidie innouantur et fiunt. Eccl. xxxvi. Innoua signa et immuta mirabilia.

Sermo. clvii. ¶ De eiusdem translatione sermo. iii.

Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. cui benedixit dominus. Gen. xxvii. Quia in translatione beati dominici magnus odor emanauit. Ideo verbum propositum de ipso potest exponi et sit verbum dicentis. Ecce odor filii mei etc. Ubi quatuor dicuntur de ipso odore. ¶ Primo quod non fuit occultus. sed manifestus. cum di. ecce odor. Nam hoc dictio seu aduerbium ecce: quandoque di. seu ponitur. Quatuor autem sunt que occultari non possunt. s. res luminosa. Eph. v. Omne quod manifestatur lumen est. Res vaporosa. Eccl. xxiiii. Quasi libanus non incisus vaporaui habitationem meam. Res ignita. Prouerbio. vi. Nunquid potest quis abscondere ignem in sinu suo etc. Res alta etiam occultari non potest. Matthei. v. Non potest

abscōdi ciuitas supra mōtem posita. his quatuor de causis odor sctātis sancti dñici abscōdi nō potuit. ¶ Primo q2 fuit luminosus: ut .s. mūdum tenebrosum illuminaret. Ecc. l. Quasi stella matutina in medio nebule rc. Mūdus enim patiebaŧ nebulas peccatoꝝ. tenebrositatē erroꝝ. ꝛ obscuritatē ignorātiarū. Cōtra primū attulit statū lucide vite. Et iste est radius stelle matutine. Cōtra secūdū attulit radiū plene doctrine. ꝛ iste est radius lune plene lucētis in nocte. Cōtra tertiū attulit radiū sapiētie. ꝛ iste est radius solis lucētis in die. ¶ Secūdo fuit vaporosus ut mūdū fetidū odore reficeret: q2 eius caro vaporauit odorē virginitatis qua instar lilii canduit. ps. Justus germinabit sicut lilium. Ei9 cor vaporauit odorem charitatis qua instar rose rubuit. Ecc. xxiiii. Quasi plātatio rose in hiericho .i. in ecclesia militāti. Ei9 opus vaporauit odorē scītatis qua ad instar thuris deo placuit. Cāt. iiii. Odor vestimētoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris. Ei9 verbū vaporauit odorē veritatis: q2 instar balsami redoluit. Ecc. xxiiii. Quasi balsamū non mixtum odor meus. Eius fama vaporauit odorē celebritatis qua ad instar odoris vince bonos refecit. ꝛ malos ac serpētes ꝛ hereticos effugauit. Cant. ii. Uinee florētes odorē dederūt. ¶ Tertio fuit ignitus ut mūdū frigidū inflāmaret. Portauit enim secū tres ignes. s. ignita verba. Ecc. xlviii. Uerbum illi9 quasi facula ardebat. Ignita exēpla. Job. xxxvii. Nōne vestimēta tua calida sunt. Et ignita desideria. Ezech. i. Scintille q̄si aspectus eris candētis. ¶ Quarto fuit altus per cōsilia ut mūdū deiectum erigeret. Hō q̄dē fuerat humiliatus infra angelos usq3 ad celiū ꝛ usq3 ad terrenoꝝ affectū. Sed beatus dñicus ōndit remediū per qđ homo erigat se usq3 ad dignitatē angeli. s. per votū castitatis usq3 ad sublimitatē celi per votū obediētie. Sicut enim inobediētia de celo hoiem expulit. ita obediētia ipsum ad celū reducit. Usq3 ad dñiū mūdi per votū paupertatis que altissima est. ꝛ hoiem mūdo dñari facit. ii. Cor. viii. Altissima paupertas eoꝝ abundauit rc. ¶ Secūdo de isto odore ostēdit q2 non fuit paruus sed magnus: q2 sicut odor agri pleni. Impleuit quidē mūdū celū ꝛ tumulum. ¶ Talis enim odor mūdum impleuit. Odor aūt q̄druplicit causam cōsequit. Aliqñ enim causaŧ ex cremātione. Ecc. l. Quasi thus ardēs in igne. Aliqñ ex contritione. Bromi ita enim integra redolēt modicū sed ita multū in puluerē cōtrita plurimū. Aliquādo ex reuelatione. Balsamū enim clausum nō sentit sed vase aperto sentit. Joh. xii. Domus impleta est odore vnguēti. Aliqñ ex agitatione. Unde dic. Aug. Pari modo exagitatū ꝛ exhalat fetorē cenū ꝛ fragrat suaue vnguētū. Istis modis oportet fuisse causatus odor btī dñici. Ipse enim fuit totus igne diuini amoris cōcrematus. Unde cum tota nocte in ecclesia vestimētis madefactis pnoctaret. mane inueniebant sicca: ac si fuissent iuxta fornacē posita. Ipse etiā totus fuit per maceratiōnē cōtritus. Nā tres singulis noctibus recipiebat cū q̄dā cathena disciplinas. Ipse etiā toti mūdo fuit reuelat9 per exēpla vite. ꝛ per vba doctrine. per miraculoꝝ opationē. ꝛ per ordinis institutionē. Ipse enim in vita actiua ꝛ cōtēplatiua fuit sedule exercitatus. vñ dicit de eo. Nocte celi plustrās lumina rc. ¶ Scdo iste odor repleuit celū. In celo q̄dē est q̄druplex ager. Unus est plenus balsamo sapie. Et iste ager est aploꝝ. Secūdus est plenus rosis patiētie. Et iste est ager martyrū. Tertius est plenus violis cōtēplationis eterne. Et iste est ager cōfessoꝝ. Quart9 est plenus liliis mūditie. Et iste est ager virginum. Beatus igiŧ dñicus fulget in agro aploꝝ per sapientiā. ideo in euāgelio qđ de eo legiŧ assimilaŧ luci fulgēti. Fulget etiā in agro martyrū per charitatē ignitā. iō assimilaŧ ibidē lucerne ardēti. Fulget in agro cōfessoꝝ per cōtēplationē supnam. ideo assimilaŧ ibidē ciuitati eminēti. Fulget in agro virginū per mūditiā. ideo assimilaŧ ibidē sali cōdiēti. ¶ Tertio iste odor impleuit tumulū. nec mirū: q2 eius corpus fuit alabastrū plenū vnguēto omniū grāꝝ. Cant. iiii. Odor vnguētoꝝ tuoꝝ super omnia aromata. Fuit apotheca plena aromatibus omnium virtutū. Cant. v. Gene eius sicut areole aromatum. Fuit hortus plenus floribus bonoꝝ operū. Eiusdē. iiii. Surge aquilo ꝛ veni auster pfla hortum meū rc. ¶ Ultimo dicit de illo odore q2 fuit a dei bñdictione emissus: cum dicit. Cui benedixit dñs. Ipse enim ut habet Gen. xlix. Fuit a deo bñdictus benedictione celi desup: propter gratie ꝛ celum virtutū infusionē: benedictionibus abyssi iacentis deorsum, propter odoris ex tumulo emanationem. benedictionibus vberum ꝛ vulue: proper filiorum propagationem.

Sermo. clviii. ¶ In die pēthecostes smo. i.

c Or mundū crea in me deus. ꝛ spūm rectū innoua visceribus meis rc. Propheta volēs petē gratiā spūs sci. ¶ Primo petit dari sibi q̄ddā an ei9 aduetū. s. cordis mūdationē cū dicit. Cor mūdū crea in me de9. ¶ Petit q̄ddā sibi dari in ei9 aduētu. s. cordis innouationē: cū dicit. Et spūm rectū innoua in visceribus meis. ¶ Quiddā petit sibi dari post eius aduētū. s. grē cōfirmationē: cū subdit. Et spū principali cōfirma me. ¶ Petit igiŧ primo mūditiā cordis. Qui enim vult spūm sanctū recipe debet cor



q: nihil est qđ facis. ¶ Primo debes xp̃o totã vi
tam tuã q: ipse pro tua posuit suam. ¶ Secũdo eri
gant preterita peccata tua futuras vitã tuam vt fa
cias fructus dignos penitẽtie: t recogites oẽs an
nos tuos in amaritudine aĩe tue. ¶ Quid si tertiũ
debitorẽ ostendã qui vendicet eam totã sibi: puta
q: desiderans gloriã quaz oculus nõ vidit tc. Nõ
ne ad hanc emẽdam te totũ t quecũq: poteris da
re oportebit: t cũ oĩa cõpleueris dices. Non sunt
condigne passiones huius tẽporis ad futuras glo
riam que reuelabit in nobis. ¶ Quarto creditori
debes q: es a quo totuz habes: qui te fecit. t bene
facit. t cuncta ministrat. Ista ergo tam maxima
debita sunt decẽ milia talenta. de qbus xp̃s in iu
dicio a nobis rationẽ requiret. qualiter. s. totã vi
tam nostrã dederimꝰ ei qui nos creauit. ei qui nos
redemit. ei qui tot t tãta peccata nobis dimisit: t
qui tantã gloriã nobis pmisit. Ad istam aũt ra
tionẽ exigendã quadrupliciter pcedet. ¶ Primo
enim oẽs ad suũ iudiciũ citabit. t hoc triplici ra
tione: scilz monitoria. preceptoria. t peremptoria.
¶ Citationẽ monitoriã mittet per ꝓphetas Io
hel. iii. Cõsurgant t ascendant oẽs gentes in val
lem iosaphat: q: ibi sedebo vt iudicẽ oẽs gẽtes in
circuitu. ¶ Citationẽ preceptoriã mittet per dauid

prophetam qui dicit. Exurge dñe deus meus in
precepto quod mãdasti: t synagoga populorũ cir
cũdabit te. Et ꝓpter hanc in altum regredere. dñs
iudicat populos. ¶ Citationẽ peremptoriã mittet
per angelũ. Apoc. x. Angelũ quem vidi stantẽ su
per mare leuauit manũ suam sup celos t iurauit
per viuentẽ in secula seculorũ: q: tempus amplius
nõ erit: sed in diebus vocis septimi angeli cũ ce
perit tuba canere consumabit mysterium dei. De
hac triplici citatione dicitur. i. Thessal. iiii. Ipse
dñs in iussu. ecce citatio preceptoria. Et in voce ar
chãgeli. ecce citatio monitoria. Et in tuba dei de
scendet de celo: t mortui qui in xp̃o sunt resurgẽt
primi. ecce citatio peremptoria. ¶ Secũdo oẽs ci
tatos examinabit: t maxime de quatuor. ¶ Primo
de bonis cõmissis. Quatuor enim bona nobis cõ
misit. s. ¶ corpus: ¶ t aĩaz: ¶ t res temporales:
¶ t tẽpus. De qbus dicit Ecc. xvii. Deus creauit
hoiem. hoc refert ad corpus. Et sm imaginẽ suã
fecit illum hoc refert ad aĩam. Numerũ dierũ
t tẽpus dedit illi. hoc refert ad tẽpus. Et potesta
tem eorũ que sunt sup terrã. hoc refert ad oĩa tẽ
poralia qbus ipse homo est prelatus. Dedit ergo
dñs hoi corpus ut conseruet illud in mundicia t
sanctificatione. i. Thessal. iiii. Sciat vnusquisq:
vestrũ suũ vas possidere in sanctificatione t ho
norẽ. Dedit animam ut faciat sibi magnum ho
norẽ. Si enim honoramus imaginẽ dei pictam
multo fortius debemus honorare imaginẽ eius
in aĩa nostra creatam. Ecc. x. Fili in mansuetudine
serua aĩam tuã: t da illi honorẽ sm meritũ suuz.
Dedit enĩ deus hoi tẽporalia vt pauperibus ex di
spenset. Chrisost. Deus dispẽsatores nos diuitiarũ
suarũ esse voluit nõ dñs: t iõ cui voluerit dat eas
a quo voluerit tollit. Illud ꝓprie nostrũ est quod
in nra potestate est habere si volumus. Dedit etiã
hoi tẽpus ut id cõseruet. Ecc. iiii. Fili cõserua tẽ
pus. Bern. Nihil preciosius tẽpore. sed heu hodie
nihil vilius reputat. Transeunt dies salutis t ne
mo recogitat tc. Idẽ. Nemo vestrum fratres pui
estimet tẽpus qđ in verbis cõsumit ociosis. volat
verbũ irreuocabile. volat tẽpus irremeabile. nec ad
uertit insipiens qđ amittat. Libet cõfabulari aiũt
donec hora pterrat. O donec hora pterrat. donec
tẽpus transeat. donec hora pterrat quã ad agen
dam penitentiã. ad obtinendã veniã. ad acqrendã
grãm. ad ꝓmerendã gloriam. miseratio conditio
ris indulget tc. Si enim diabolus vnã horã ipse
posset habere cũ illa t gehennã euaderet t gloriam
obtineret. De his ergo quatuor nobis cõmissis nos
rõnem reddere oportebit. ¶ Sed de corpore ma
lam rõnem reddent luxuriosi: qui illud in delitiis

nutrierunt. Jacobi.v. Epulati estis ⁊ in luxuriis enutristis corda vestra. ¶ De aia mali rõnem reddent superbi qui aiam inhonorauerunt: dum ipsaz cibus mentis per superbiam expoliauerunt. Ecc. xi. Nõ te extollas in cogitatione aie tue velut taurus: ne forte elidat virtus tua per stulticias ⁊ folia tua comedat: ⁊ fructus tuos pdat ⁊c. ¶ De rebus male rõnem reddent auari: qui pauperibus nihil dare noluerũt. Unde dicet eis in iudicio. Esuriui ⁊ nõ dedistis mihi manducare: sitiui ⁊ non ⁊c. ¶ De tẽpore eniz mali rationẽ reddent ociosi: qui ipm tẽpus negligenter expẽderunt. Unde Berñ. Omne tempus nobis impẽsum requiret a nobis qualiter sit expẽsum. sicut capillus nõ peribit de capite: sic nec momentũ de tẽpore. ¶ Secũdo rationẽ reqret de bonis a nobis omissis. Istud patet Matth.xxv. Ubi dñs seruũ qui omisit lucrari in talento accepto redarguit: ⁊ in tenebras mitti iussit. Per talentũ intelligit donum intelligentie quod qdam abscondũt in terrã. Unde dicit ibidem. Abiens fodit in terrã: ⁊ abscondit pecuniaz dñi sui. Quidã eniz ponunt in sudario. Unde di Luce.xix. Ecce mna tua quã habui repositã in sudario. Alii ponũt ad mẽsam: sicut boni serui. Uñ dicit ibidẽ. Et quare non dedisti pecuniã meã ad mẽsam ⁊c. Pecunia aũt abscondita in terrã rubiginẽ contrahit. Reposita in sudario nõ crescit: posita ad mẽsaz fructũ facit. Illi in terra abscondũt qui donũ intelligentie in cupiditatibus terrenorũ ponunt. et hoc sepe ptrahunt rubiginẽ peccatoȝ. Illi ponunt in sudario qui dant se torpori ⁊ ocio. tales nullũ fructũ faciunt bonorũ opum. Illi ponunt ad mẽsam qui dona intelligentie ponunt ad sacrã scripturã. tales sibi acqrunt magnũ cumulum meritorũ. De qua mẽsa dicit ps. Parasti in cõspectu meo mẽsam ⁊c. ¶ Tertio requiret rationem de malis a nobis cõmissis. Judex terrenus rationẽ nõ reqrit de minimis: nec de alienis: nec de occultis. Judex enĩ eternus tante erit seueritatis q rõnem requiret de minimis sicut de uerbis ociosis. Matth.xii. De oĩ verbo ocioso qd locuti fuerint hoies: reddent rõnem in die iudicii. Rationẽ requiret de malis alienis: ⁊ maxime de prelatis. Ezech.iii. Sanguinẽ eius de manu tua requiram. Rationẽ reqret de cogitationibus occultis. Sap.vi. Cogitationes vras scrutabit. Job.xxxi. Nõne ipse cõsiderat vias meas. Glosa. Sicut deus vniuscuiusqz vias cõsiderat: sic ⁊ gressus dinumerat. ut nec minutissime cogitationes: nec uerba tenuissima que apud nos usu viluerũt: eius iudicio indiscussa remaneant. ¶ Quarto rõnem requiret de malis nobis dimissis. sicut patet hic in seruo cui dñs dimiserat decẽ milia talenta qui noluit cõseruo dimittere centũ denarios. Per decẽ milia talenta. signant decẽ pcepta. quibus qdem qui transgredit debet deo decẽ milia talenta. i. penam pro transgressione decẽ preceptoȝ. Per centũ denarios intelligunt quelibet minores offense que in pximos committunt. Hiero. Dicamus sub exemplo. siquis nostrũ cõmiserit adulteriũ: homicidiũ sacrilegiũ: maiora crimina: decẽ milia talenta roganti dimittunt: si ⁊ ipse minora dimittat peccantibus. ¶ Tertio ipsos condemnatos puincet. ⁊ hoc per autentica instrumenta. s. per sancta euangelia Roma.ii. In die qua dñs iudicabit occulta hominũ ⁊c. Sũt eniz quedã opa que damnant hoies sicut est opus peccati. ps. Nõ loquetur os meũ opa hoim. Quedã que sunt tñ opus dei: sicut est opus creationis. Job.ix. Extendit celos solus. Quedã que sunt opus dei ⁊ hois: sicut est opus iustificationis. i. Corinth.iii. Dei eniz sumus adiutores. Joã.xv. Sine me nihil potestis facere. Opus ergo creationis deus nõ iudicabit nec cõdemnabit sed reformabit in melius. sicut celuz ⁊ terrã ⁊ oia elementa. Similiter opus dei ⁊ hois nõ cõdemnabit sed remunerabit. Opus aũt solius hois. s. peccatũ iudicabit ⁊ cõdemnabit. ps. In opibus manuũ suarũ cõprehẽsus est peccator. ¶ Quarto cõtra ipos conuictos sententiã diffinitiuã pferet dicens Matth.xxv. Discedite a me maledicti ⁊c. Illa aũt sententia nullo auxilio poterit subleuari. Quatuor eni auxiliis cõsueuit sentẽtia subleuari. ¶ Primo per appellationẽ. ¶ Secũdo per supplicationẽ. Cũ enim sententia fertur a principe: tunc non licet appellare: sed licet supplicare. ¶ Tertio per querelã falsi ut dicat q sentẽtia lata sit per falsos testes iudice circũuento. ¶ Quarto per in integrũ restitutionẽ. Est aũt in integrũ restituere. s. reducere in eũ statũ in quo erat ante lesionẽ. Illa aũt sententia nõ poterit releuari primo per appellationẽ. Appellatio eni ibi locũ nõ habebit: qr crimen cuiuslibet notorium erit. Et hoc tripliciter. ¶ Primo per cõfessionẽ ppriam. Cõsciẽtia enĩ cuiuslibet cõfitebit suũ scelus. Aug. Quisqz iudicium futurorũ times pñtẽ conscientiã corrige. Sermo enĩ cause tue testimoniũ conscientie tue. ¶ Secũdo erit notoriũ per facti euidentiã. Hiero. Aderit dies illa in qua facta nostra quasi in qdam tabula picta demõstrabunt. ¶ Tertio erit notoriũ per presumptionẽ violentã. in eo eniz q ponentur a sinistris presumet q sunt dãnandi. Sicut ⁊ falsis in eo q ponent a dextris presumet q sint saluandi. ¶ Secũdo illa sententia nõ poterit releuari per supplicationẽ. Si eni oẽs potentes celestis



curie: sicut beata virgo. apostoli. ⁊ martyres. ⁊ oẽs sapientes: sicut cõfessores. ⁊ doctores. preces ad supplicationẽ cõponerẽt: deus nõ exaudiret. Job li. Non parcã eis uerbis potentibus: ⁊ ad deprecandum cõpositis. immo si oẽs sancti pro eis supplicarent: ⁊ ipsi ieiunãdo se affligerẽt ⁊ sacrificia deo offerrẽt: deus eos nõ exaudiret. Hiere.xiiii. Noli orare pro populo isto in bonũ: cũ ieiunauerint nõ exaudiã preces eoȝ. Et si obtulerint holocaustomata ⁊ victimas nõ suscipiã ea: quoniã gladio ⁊ fame ⁊ peste consumam eos. ¶ Tertio non poterit releuari per querelã falsi. ut dicant q illa sentẽtia sit lata per falsa instrumenta. uel per falsos testes iudice circũuento: qz ille iudex non poterit decipi nec circũueniri: cuz sit ueritas ⁊ sapiẽtia dei. Job xii. Seruatorem aie tue nihil fallit. Eiusdem.xii. Ipse nouit decipientẽ ⁊ eum qui decipit. Contra ipsius ergo sapientiã nihil ualebunt loquacitates aduocatorũ: nec sophismata phoȝ: nec facundia oratoruz: nec argutie uersutorũ. De his Hieronym. Quanti elingues ⁊ muti feliciores loquacibus erunt. quanti pastores philosophis. quanti rustici oratoribus. quanti ebetes argutiis pferendi sunt ciceronis. ¶ Quarto non poterit illa sententia releuari per in integrũ restitutionẽ: ut. s. ad pristinũ statuz restituant. Heb.vi. Impossibile enim est eos qui semel illuminati sunt ⁊c. ⁊ plapsi sunt s. per finalem impenitentiã rursus reuocari ad penitẽtiã. ps. Reges eos in virga ferrea: ⁊ tanqz uas figuli cõfringes eos. Ipsi eni nõ erant uas eneuz sed terreum: qz amando terrena facti sunt terra. Ideo dicit. tanqz uas figuli. ⁊ nõ frangent ab aliquo angelo: sed a ualidissimo pugile deo. Jõ dicit. cõfringes eos. Nec frangent cũ virga lignea s. cum flexibili misericordia: sed cũ virga ferrea. i. cũ inflexibili iustitia. Jõ pmittit. Reges eos in virga ferrea. ⁊ ppterea tã ualide frangent ⁊ nunqz reintegrabunt. Hiere.xix. Sic cõteram populũ istuz sicut cõterit uas figuli qd nõ põt ultra restaurari.

¶ Sermo tertius.

Erue neqz omne debitum dimisi tibi ⁊c. Secundũ Augustinum. Habere odium in corde est habere gladiũ: scorpionẽ: ⁊ ignem. ¶ De primo sic dicit in sermone. Qui alii nocere desiderat similis est illi qui gladio se trãsuerberat ut tunicam alterius cedat. ¶ De secũdo sic dicit in sermone. Refrenate iras que uos stimulat ad vindictã. Ira enim scorpio est: si interius flãmis excitauerit. Si ergo te vis vindicare de inimico tuo ad ipsam iras tuã te cõuerte: qr ipsa est inimica tua que occidit aiam tuã. ¶ De tertio sic dicit super ps. Sic puta maliciã esse quomodo ignẽ. Si incendere vis aliqd illud qd apponis igni prius ardere: nisi enim ardeat nõ incẽdit. Tu ergo ... lam apponis igni prius ardet qz aliud possit incendere. Ita ergo malitia pcedet ex te. ⁊ quid uis ut anteqz te malitia tua. ut alteri nõ noceat fieri potest ut tibi nõ noceat fieri nõ potest. Quia ergo qui le qui odium retinet seipsum occidit ... cedit: ideo neqz appellatur. Et sic dicit Ecc.xiiii. Qui sibi neqz est: cui alii bonus erit. Unde Jm Chrysosto. Quãdo seruus decẽ milia talenta debebat nõ est uocatus neqz. sed quãdo fratri remittere noluit: dñs eũ neqz uocauit dicens. Serue neqz. Uocat aũt neqz ppter duas neqtias quas habuit. ¶ Prima fuit nequitia magne crudelitatis: quod notat cum dicit. Tenens suffocabat euz. Nõ eniz rogauit nec admonuit: sed statim ad gulã cucurrit. Tales sunt multi furiosi qui feruntur impetu sue ire. Prouer.xxvii. Ira non habet misericordiã nec erumpens furor: ⁊ impetũ cõcitati spũs ferre quis poterit. Prouer.xv. Cor fatuorum ebullit stultitiã. Et bene dicit ebullit: qz cor fatui ⁊ iracũdi est sicut olla bulliens: que sepe quatuor mala facit. ¶ Unũ: qr aquam feruentẽ extra pijcit ⁊ circumstantes adurit. ¶ Secũdũ qr ignẽ extinguit. ¶ Tertium pinguedinẽ extra emittit. ¶ Quartũ qr ipsa olla sepe cõfringit. Olla ergo bulliens est aius iracundi: qr sepe uerba ignita ⁊ scandalosa pijcit ex qbus alios inflãmat. s. ad scandalum puocat. Ignẽ etiã extinguit qui erat in illis qui euz ex charitate arguebãt extinguit. Nullus enim audet eũ repꝛehendẽ postqz videt ipm sic ad contumelias paratũ esse. si ipse etiã hbat aliquam pinguedinem deuotionis uel grẽ: tota effundit ppter furorem ire. Eius etiã cor sic frangit ut vix ad trãquillitatẽ reintegret. Contra ergo istaz ollam sic bullientẽ tria sunt remedia. ¶ Unũ est ut ollaz ab igne remoueamus. i. ad taliũ pñtiã non subtrahamus. Prouer.xx. Honor est hoi qui separat se a contentionibus. Omnes aũt stulti miscent contumeliis. ¶ Secundum est ut ligna auferamus. i. uerba incentiua subtrahamus. Prouerb.xxvi. Cum defecerint ligna extinguetur ignis ⁊ susurrone subtracto iurgia conquiescunt. ¶ Tertium est ut aquam frigidam apponamus: idest uerba refrigeratiua respondeamus. Prouerbiorũ.xv. Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. Sicut enim ab ore duo procedũt quorũ unum ignem materialem accendit. s. flatus. Aliud extinguit: scilz sputum. sic ab ipso ore duo procedunt. quorum unum ignem iracundie accendit scilz uerba dura. Aliud extinguit scilicet

responsio blanda. E cōfr. xviii. Si fuffauerit dñs ignis et arferit eā: et quoniā sup illam eringuet et utrusq; ex pte deuorauit. ¶ Secūda negna ibi: fuit peccatu ingratitudinis. Vnde dicit ei dñs. Serue nequā omne debitū dimisi tibi: quia rogasti me. Nōne ergo oportuit te miseri plenū cui ego. Nōne ergo oportuit et te misereri plenū cui ego. Quidā nō dimittunt offensas nisi semiplene: quia aliquas dimittunt aliquas nō. alii non dimittunt nisi habeant magnā emendā. alii nisi viu rogent. Deus aūt dimittit totaliter sine exceptione. Ideo dicit. dimisi non oportuit et ego misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum. ¶ Tertio dimittit gratuito sine ulla satisfactione. Ideo dicit. dimisi non exigebā. Quidā enim offensas suas uendunt dum peccatas magnas emendas regrunt. Qui aūt nō dimittūt magis sibi nocent q illis q̄bus nō dimittunt. qui eo liberaliter dimittunt magis sibi prosunt q illis q̄bus dimittunt. Chrys. Si oderis inimicū tuū amplius tibi nocuisti q̄m alium q̄ illi q̄m corpus. Et illi forsitan nihil nocens odies eū. tecū aūt sine dubio ledis. Si ergo pepercris inimico tibi amplius pepercisti. Et si beneficeris: tibi amplius p̄fuisti q̄ illi. ¶ Tertio dimittit facilius sine exactione. nō dicit: q̄si rogasti me. Qui dā remittere nolunt nisi aut rogati: aut coacti: aut nimis exorati. Deus aūt facilius remittit. nam remisit quid adulterā et homicidiū cū tribus sybillis. quādo dixit peccaui. Remisit paro peccatum negationis cuz paucis lachrymis. Remisit publicano peccata sua cuz quoq; uerbis: cū dixit. Deus ppitius esto mihi peccatori. q: ergo deus remittit sic totaliter: sic liberaliter: sic facilis: ideo valde ingrat' est qui primo nō remittit. Ingratitudo enim grauc vitium est et quoq; mala facit. ℣ Una est q: peccata p̄us remissa reuocat. Aug. de tribu tibi. Dicit tibi deus. Dimitte et dimittet tibi. Sed ego p̄us dimisi: dimitte tu ut postea. Nā si nō dimiseris reuocabo te. et quicqd dimiseram reddā tibi. ℣ Secūdā est: q: ola merita destruat. Prou. Ingratitudo inimica est ale animicio meritū virtutūq; dispersio: ac beneficiorum perditio. ℣ Tertio est: q: fontem diuine gratie excecat. Ysa. Ingratitudo est uentus ureus: siccans fibi fontē pietatis tote misericordie: et fluenta gratie. ℣ Quarto est: q: viam gratie obstruit. ne. s. ad eā intrare possit. Idem. Ingratitudo vias obstruit gratie. et ubi illa fuerit: gratia accessum nō inuenit. Idem. Recipiendis indignis et qui fuerit de accepto ingratus. ℣ Quintus est: q̄ pontē mi serico: die frangit. Aug. super p̄. Hanc ultionē. Me feltines alium punire si ipse te leſit sicut nō leos puniri alio rogante quem leſisti. Noli misereordie pontē subuertere quē tyrannidi. si ille peccat in te ne pecces tu misericordius blasphemans deū. ¶ Quia do seruus nequā habuit duas p̄dictas nequitias: ideo habuit duas penas. s. penam damni et pena sensus. et utraq; eterna. ℣ Pena damni notat cū dicit. Et iratus. Dānati enī nunq; videbunt deum placatū: sed irātū. Et utrumq; est magna pena. Nā videre deū irātū est maxima pena. Apoc. vi. Dicent mōtibus. cadite super nos: et abscondite nos a facie iracundie super thronū et ab ira agni. Nō videre enī deū placatū est maxima pena. Chrys. sup Matthēū. Multi gehennā horrent. ego aūt casum illius glorie multo maiorē penas gehenna esse cristimo. Verūtiam si mille ponat aliqs gehennas nihil tale dicet quale excidi a gloria illa. et odio a xpo haberi et audire nō noui uos. Etenim melius est sustinere decem milia fulgura q̄ faciem illam mansuetā videre auersam. et trāquillū oculū nō serenem videre nos. ℣ Pena sensus notat cum dicit. Tradidit eū tortoribus. i. demonibus in carcere infernali. Habet enīz deus carcerē. palatiū. stabulū. et hospitale. In carcē sunt omnes mali. In palatio ois boni. In stabulo boni et mali. In hospitale mediocriter boni et mediocriter mali. ℣ Carcer est infernus. Tunc aūt hō hēt carcerē penalē q̄ manibus et pedibus vinculat. Tunc hēt penalitorem quādo cōtinuis tenebris inuoluit. Tunc hēt penalissimū quādo cōtinuis fletibus et ventū stridoribus angustat. talis est carcer infernalis. Iuxta illud Matth. xxii. Ligatis manibus et pedibus mittite eū in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentū. ℣ Palatiū est paradisus. quale aūt palatiū hō sibi edificat hic: tale ibi inuenit. Edificat enīz de auro dilectionis dei: et de argento dilectionis primi. et de lapidibus preciosis bonoruz opum. Iuxta illud. i. Cor. iii. Si gs aūt superedificat super fundamentū hoc aurū: argentū: lapides preciosos etc. ℣ Stabulus est iste mūdus in quo homo positus fuit postq̄ peccauit: q: teste pp̄ha: comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis. Dicit. Puto iumenta dicerē si loqui fas esset. ecce. Adā factus est quasi unus ex nobis. Ad hoc signficandū ois nascens in mundo poni uoluit in stabulo. Si aūt tot pulchra et delectabilia inuenimus in stabulo: qualia sunt illa que sunt in palatio, et tū respectu illoz ista sunt fetida.



Ille aūt ille qui obligit seruū stabuli et nō curat uenire ad ostium palatii. ℣ Hospitale est ecclesia purgatorium in quo languit infirmi. quoz quidā habuerunt multuz de humore. i. de mundano amore. isti tardius cremabunt ut ligna. Alii minus. isti citius purgabunt ut fenum. Alii minime. et isti citissime cremabunt ut stipula. i. Cor. iii. Si quis superedificauerit lignū. fenum: stipulam: unusquisq; opus manifestabit. utraq; aūt pena. s. damni et sensus erit eterna. ℣ Mortalitas notat cū dicit. Quousq; reddat debitū uniuersum. Remigius. ¶ Nota quoadum debitū pone pro infinito. Et est sensus. Nunq; persoluet: sed per penam luet. Sed non uult q̄ diuine iustitie cōpetat quadruplici ratione. ¶ Primo ppter infinitatez offensi. Est enī cōmunis animi conceptio. q̄ iniuriosius tanto quanto est maiori pena: cōstat ille maior est cui infertur iniuria. unde dicit q: pena tanta fz dignitatē eius in quē fit offensio. Cum igit maiestas dei sit infinita ille qui eum offendit dignus est pena infinita. Non pōt aūt pena esse infinita q̄tū ad intensionē q: nulla pura creatura capax est q̄titatis infinite: et ideo debet esse infinita q̄tū ad durationē. ¶ Secōdo ppter eternitatē pabuli. In petō quidem sunt quinque. s. actus: delectatio: macula: uoluntas prava: et reatus siue obligatio ad penā eternaz. Duo aūt p̄ma. s. actus et delectatio aliquā trāseunt in momento. Alia aūt tria post mortē remanēt: quoz duo. s. macula et uoluntas prava sunt pabulum ignis infernalis. nō enim possunt deleri nisi per gratiam. Post mortem aūt homo non est susceptibilis gratie. Sicut igit ignis materialis esset eternus si lignā essent eterna. sic ignis infernalis est eternus: q: eius pabulum. s. macula et uoluntas prava sunt eterna. et ideo remanet tertium. s. reatus. ¶ Tertio ppter eternitatez mali ppositi. Voluntas enīz peccandi in eis nō habuit finem: ergo nec pena eoruz habebit finez. Gregorius in moralib'. Aliunt quidā q̄ sine fine non debet culpa puniri cuz fine. Quibus citius respondemus q̄ recte dicerent si iudex eternus nō corda hoium sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt: q: cum fine uixerunt. uoluissent quidem sine fine uiuere: ut potuissent sine fine in iniquitatibus permanere. Ad iudicis ergo districti primi iustitiaz ut nunq; careant supplicio: quoruz mens in uita hac nunq; uoluit carere peccato. et non deest iniquo terminus uoluntatis qui q̄diu uixit noluit habere terminum criminis. ¶ Quarto ppter imitationē fori. Videmus enim q̄ unum et idem furtum in diuersis foris diuersimode punitur. Nam alicubi pro eodem furto fur cauterizat. alicubi mutilatur. alicubi suspenditur. Deus aūt in pleni quod est totius iustitie et misericordie: ubi culpe punitur pena et premia. Illud in futuro quod est forū pure iustitie: ubi culpe punitur pena eterna. Vñ dicit Chrys. q: quinq; dies habet hoc. nec recipit die natus iudicio mulieris diem: sicut nunc tempore misericordie iudicium.

¶ Dñica vicesima octaua Sermo primus.

## Beatus

Matth. xvi. Eo tempore quo cesar augustus uniuersum mundum describi fecit et omnes capitalem ab oibus solui iussit. ut habet Luce ii. Judea quoq; tributaria facta est. Magnū tamen scandalum erat in populo super hoc: quibusdā uicentibus q: pro securitate et gentis habenda. q: romanis pro oibus militabant. debere solue tributa. Pharisei econtrario asserentibus q populus dei qui decimas et primitias: et alia in lege precepta debebat. non tenebat hoi terreno tributa p̄stare. Intantū aūt inualuit p̄fatio pharisee: q: tributum romanis est negatuz. propter quod duos imperatores Titum et Vespasianū in iudeā misere et eam euertere. Quos pharisei malitia sepe fuerat a xpo confusa: nō tamē refrenata: q: affectata malitia aliquādo rōne ueritatis cōfundit: sed nō emendat. Et illud exhibit Chrys. exemplo aque et ignis dicens. Quemadmodū liquis claudere uoluerit aque currentis meatum: abunde sibi ipsi materiam p̄rumpit. Sic illoz malignitas et ex parte cōfusa: alium sibi aditum adinuenit. Et sicut ignis q̄to amplius ligna susceperit tanto maiores excrescit. Sic aūs malus q̄to magis ueritatem audierit: eo amplius in malitia excitat. Volentes ergo pharisei iesum capere in sermone nō iuxta p̄prietatem: sed miserunt discipulos suos duplici de causa ut dicit Chrys. Mittunt inquit discipulos suos q̄si adhuc minus cognitos: ideo ut ad incognitū facile decipiant. aut deprehensi minus erubescerent. Et subdit Chrys. Discipuli aūt illi magistris suis erāt etate minores: malitia aūt pares. Nam et pulli serpentū statura nouercas sunt: uenenū aūt equales. Et catuli leporū et si uenatū nec tenere nō possunt tamen in sanguine gaudent: et morsibus lacerant. Miserunt etiam cū illis discipulos et ipsos herodianos. Dicebant aūt herodiani milites q̄dā herodis ascalonite qui adhuc superstes erat. Et dicebantur herodiani: q: tunc ad hierusalē ad diem festū uenerat. Vñ sm

hiano. Pharisei illos iudeos deridendo herodianos vocabant qui tributa romanis solvebant. Ideo herodianos miserunt per illos illum capere quem timore turbe capere non audebant. Dicit ergo. Abeuntes pharisei etc. In isto autem evangelio tria ponuntur ex parte phariseorum: tria ex parte ipsius. Primum ex parte phariseorum et discipulorum. ¶ Primo fuit malitia in consilio quod notatur cum dicitur. Abeuntes pharisei consilium inierunt etc. Isti autem consiliatores fuerunt pharisei et herodiani. Pharisei autem erant christo invidi. Mat. xxvii. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. Herodiani erant avari: quia exactiones multas in populo faciebant. Utrique autem erant christo inimici. Invidus autem intendit denigrare famam. Avarus rapere quod habet suum. Inimicus opprimere personam. Contra christum ergo consilium inierunt pharisei invidi: ut eius famam denigrarent. Si enim respondisset quod tributum cesari esset solvendum, ipsum apud populum infamassent. Inierunt autem consilium herodiani avari, ut si respondisset quod deberet tributum dari: tunc maiorem occasionem habuissent maiores exactiones faciendi. Inierunt etiam tam isti quam illi, qui erant inimici ut si respondisset quod non liceret dare: eum caperent et occiderent. Quia sicut dicit Chriso. Multi propter istos sermones a romanis occisi fuerunt. Ecce quale consilium et quales consiliarii. scilicet pharisei invidi qui ipsum volebant infamare. Herodiani avari qui volebant populum spoliare. Et utrique inimici qui occidere ipsum volebant. Sed dicitur Job. v. quod deus consilium pravorum dissipat. Chriso. super hunc locum. Sic colonus cuius terram possidet illius auxilio opus habet. Colonus dei auxilium diaboli non requirit. Colonus diaboli auxilium dei et si querit non invenit. Vidisti ne aliquando latronem euntem ad furtum deum orare ut prosperetur in furto. Aut qui vadit ad fornicandum nunquid non sibi signum crucis imponit in fronte ut non comprehendatur. Qui tamen ideo non admittit solitatio citius capitur: quia nescit iustitia dei patrocinium dare criminibus. ¶ Secundo fuit in eis fraudulentia in laudando: cum dicunt. Magister scimus quia verax es etc. Chriso. Magistrum eum vocant ut quasi honoratus mysterium sui cordis simpliciter eis aperiat. Hec est enim hypocritarum prima petitio: simulata laudatio. Quos autem adulando sic eum laudaverunt: verumtamen dixerunt. Potest quis esse magis falsitatis contra modia. ¶ Primo mendacium inserendo. Ad Ro. i. Commutaverunt veritatem dei in mendacium. ¶ Secundo veritatem tacendo. Aug. Uterque reus est apud deum et qui veritatem occultat et qui mendacium dicit. Ille quia prodesse non vult. Iste quia nocere desiderat. ¶ Tertio veritatem pervertendo: sicut faciunt mali iudices qui amore muneris vel timore veritatem iustitie perverterunt. Prover. xviii. Accipere personam impii in iudicio non est bonum ut declines a veritate iudicii. ¶ Quarto veritatem non defendendo: que tamen defendenda est usque ad mortem. Eccl. iiii. Usque ad mortem certa pro iustitia. Christus autem fuit magister veritatis. ¶ Primo: quia puram veritatem in ore suo habuit. Ideo bene dicunt. Scimus quia verax es. Non enim aliquod mendacium dicere poterat qui deus erat. Heb. vi. Impossibile est deum mentiri. ¶ Secundo veritatem non tacuit ideo dicunt. Viam dei in veritate doces. Joan. viii. Si ego veritatem dico vobis quare non creditis mihi. ¶ Tertio veritatem iustitie nec amore: nec timore: nec munere permutabit in iudicio. Ideo dicunt. Non est tibi cura de aliquo. Job. xxxiiii. [illegible] arguet te: et veniet tecum in iudicium. Prover. vi. Non recipiet pro redemptione munera plurima. ¶ Quarto veritatem defendit. ideo dicunt. Non accipis personam hominum. Defendit enim ipsam usque ad iniuriarum irrogationem: quia verbis iniuriosis fuit lacessitus. Usque ad spoliationem: quia vestibus fuit denudatus. Usque ad verberum perpessionem: quia ad columnam fuit flagellatus. Usque ad mortem: quia morte turpissima fuit condemnatus. ¶ Tertio fuit in ipsis versutia in interrogando quod dixerunt. Licet censum cesari dare an non. Cogitaverunt enim: aut respondebit pro nobis: aut pro cesare: aut omnino tacebit. Si respondebit pro nobis. scilicet quod non debemus solvere: tunc incurret cesaris indignationem. Si respondebit pro cesare quod debemus solvere: tunc incurret populi furorem. Si omnino tacebit: tunc ipsum reprehendemus quod veritatem timet dicere propter timorem humanum. In christo vero tria notantur. ¶ Primo quod consilia eorum prava precognovit. Unde dicitur. Cognita autem iesus nequitia eorum dixit etc. Ideo eos hypocritas appellavit: quia sub simulato sermone nequitiam abscondebant. Sunt autem quidam qui abscondunt se sub simulato amore: fingentes se amare celestia cum diligant terrena. ps. Posuerunt in celum os suum. Alii sub simulato timore fingentes se timere deum: cum potius timeant mundum. cum tamen dicatur Matth. x. Nolite timere eos qui occidunt etc. Alii qui sub simulato sermone habentes mel in ore sed venenum in corde. ps. Molliti sunt sermones eius super oleum. Alii sub simulata conversatione fingentes se habere conversationem ovium: cum habeant mentem luporum. Matth. vii. Veniunt ad vos in vestimentis ovium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Omnium tamen cogitationes et intentiones divina sapientia precognoscit. Unde propheta. Si ascendero in celum. i. finxero me amare celestia: tu illic es. i. cor meum vides. Si descendero ad infernum. i. finxero me timere iudicium tuum, ades. i. intentionem mei vides. Si finxero pennas meas diluculo etc. Sicut penitentium sunt virtutes: sic hypocritarum sunt simulati sermones qui etiam videntur habere aliquam apparentiam veritatis. Ideo dicitur diluculum. i. si finxero me habere celestes sermones ut etiam aliquam pretenderem. Illuc manus tua deducet me. i. falsitatem meam ostendet. Rursus. Si habitavero in extremis maris etc. Mare est mundus in cuius medio conversantur homines mundani. Sed autem viri habitant in extremis maris: quia in mundo conversantur [illegible] necessitatem non ad superfluitatem. Si igitur finxero me habere conversationem celestem dextera tua tenebit [illegible] falsitatem meam cunctis in iudicio demonstrabit. ¶ Secundo quia christus eorum laudes respuit. Ideo considerate reprehendit dicens. Quid me tentatis hypocrite. Non enim respondit ad eorum verba blanda sed ad eorum corda prava. Chrys. Pharisei blandiebant ut gauderet: sed iesus confundebat ut salvaret. quia utilior est deus iratus quam homo propitius. In hoc autem quod christus laudes respuit: dat intelligere quod nullus debet velle laudari respiciendo ad vitam suam preteritam presentem: et futuram. Nam si respicit ad vitam preteritam: inveniet se multa commisisse: de quibus coram deo debet erubescere. Ro. vi. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Si respiciat ad presentem: inveniet se esse in loco exilii: de quo multum debet dolere. Iuxta illud ps. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Si respicit ad futuram: inveniet super se iudicia dei: de quibus multum debet timere. ps. A iudiciis enim tuis timui. Quomodo ergo quis in hac vita debet velle laudari qui habet causas tanti ruboris: doloris: et timoris. Dei autem secure laudari possunt: quia nec de preterito habent unde possint erubescere: cum sint in plena felicitate. Nec de presenti unde debeant dolere: cum sint in omnimoda iocunditate. Nec de futuro unde debeant timere: cum sint in eterna securitate. ¶ Tertio christus eorum interrogationi sine alicuius preiudicio respondit dicens. Reddite ergo que sunt cesaris cesari etc. Et hoc enim salvat iura imperii et iura dei. Et tamen multa erant que christum ad contrarium inducebant. Si enim attendisset quod cesar erat alienigena et iudei domestici non dixisset ut aliquid cesari solverent. Rursus si attendisset quod per talem solutionem pauperes gravabantur. similiter non dixisset ut solverent. Iterum si attendisset quod ex solutione talium tributorum populus poterat retrahi a solutionibus decimarum et obligationum dei: non dixisset etiam ut solverent. Si etiam attendisset ad potentiam cesaris et tyrannorum non dixisset quod deo decimas solverent: cum ipsi gentiles et tyranni in deum israel non crederent. Sed noluit christus alicui preiudicium facere: nec propter amorem privatum: nec in favorem pauperum: nec etiam sub pretextu cultus dei: nec propter timorem alicuius tyranni. Tunc nobis exemplum ut et nos eadem similiter faciamus.

¶ Sermo secundus unde supra.

**Abeuntes** pharisei consilium inierunt ut caperent iesum etc.

Scribe et pharisei sepe conati sunt capere iesum in aliquo suo opere sed non potuerunt: quia opera eius erant sanctissima. Deinde conati sunt capere in aliquo verbo suo [illegible] sed non potuerunt: quia doctrina sua erat verissima. Ideo modo consilium fecerunt ut caperent eum in aliquo sermone ignoranter prolato unde reprehendere eum possent sed non potuerunt: quia ipse est virtus dei et sapientia dei. Serpens enim Moysi serpentes magorum devoravit ut dicitur Exo. vii. Sic sapientia dei vincit astutiam mundi. ¶ In presenti enim evangelio circa quatuor edocemur. ¶ Primo ut linguam custodiamus pro eo quod dicitur quod voluerunt iesum capere in sermone. Si enim voluerunt illum capere in sermone qui est dei sapientia: timendum est ne nos in lingua aliquid offendamus: quia sicut dicitur Iaco. iii. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir. Qui ergo nescit discrete loqui. saltem studeat sapienter tacere. Job. xiii. Utinam taceretis ut putaremini esse sapientes. Seneca. Taciturnitas homini stulto pro sapientia est. Cavendum est ergo cuilibet a multiloquio duplici de causa. ¶ Primo quia est occasio culpe. Prover. x. In multiloquio non deerit peccatum. Socrates philosophus cum inter multos taceret interrogatus cur hoc faceret. Respondit. quia locutum me esse aliquando penituit: tacuisse autem nunquam. ¶ Secundo quia est signum stultitie. Eccle. x. Stultus verba multiplicat. Solon philosophus cum aliis loquentibus taceret. Interrogatus utrum taceret propter inopiam verborum aut quia stultus esset respondit. nullus stultus tacere potest. ¶ Tertio est causa displicentie. Eccl. xx. Est tacens qui invenitur sapiens. Et est odibilis qui procax est ad loquendum. Xenocrates cuidam verbose [illegible] auribus te audire tacerem. ¶ Quarto quia est contra ordinationem ipsius nature. Natura enim [illegible] nature ordinavit ut homo unum os et duas aures haberet ad innuendum quod debet multa audire et pauca loqui. Iaco. Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum. Xenocrates cuidam multa loquenti ait: os unum et aures duas ad audiendum a natura recepimus: quasi diceret pauca debemus dicere: multa audire. ¶ Secundo docemur ut adulatores vitemus in hoc quod christus adulatores suos tam dure reprehendit et eos non laudatores sed temptatores vocabat dicens Quid me tentatis hypocrite. Sicut enim dicit Aug. super ps. Duo sunt genera persecutorum. Lingua adulantium et manus persequentium vituperantium. Et plus persequitur lingua adulatoris quam manus persecutoris.

Debent igitur adulatores ẽe sine dñplici vitari. ℭ Dño q̃ fatur ficut uocpes alas capitũ. Pio uer. xxi. Pomum auctũ bñdictꝰ ẽ nomiꝰ aml. Psa. xliii. Dñe labia mea aperies: ⁊ os meũ annũciabit laudem tuã. Sed ne loquãt rete expandit gressibus meis. Psa. cxl. Posuerũt laqueũ pedibus meis. Et scandalũ semitis meis. Psa. cxli. Circũspice ⁊ cognosce: ⁊ uide si est uia iniquitatis in me. Et deduc me in uiã eternã. ℭ Bona esse oculari ut fallacia talea ꝓpellamus. Prouer. i. Frustra iacit rete ante oculos pennatorũ. Unde q̃dam pho sapiens Platonis cuidã adulatori dixit. Delire adulari nihil ꝓficis cũ te intelligas. ℭ Debent mulcere syrene vulcos: alias in pectus uenire facilius. Ysa. xlvii. Syrene in uoluptatibus uolupeant. Syrene sunt pisces maris hñtes ꝑsõ mulieris que ita ualenter cantant ꝙ nauigia obdormire faciunt: ⁊ sic naufragiũ patiunt. Sed ta pactus ante aures claudit: ⁊ sic eos adũt. Syrene ille adulatores sunt qui pccres in pelo dormire faciunt. Ysa. xl. Populc meus qui te bñdicũt ipsi te decipiunt. Sed debent sibi claudere aures ẽpie. i. ꝛchẽsionibus uarie. Eccl. xxviii. Sepi aures tuas ẽpie. i. uarie rep̃hensionibus. noli ꝺare linguam nosꝝ. Dicto. Deo ergo ad patriã se stinantes: montiferos syrenũ cantus surda ꝺemus aure ꝓterire. ℭ Tertio sunt sicut scorpiones ⁊ apes. Scorpio ẽim facie blandit sed cauda pungit. Apis mel portat in ore: sed pungit a posterioꝛ. Talcs sunt qui bona in facie laudãt ⁊ in absencia uituperant. Ideo tales scorpiones ⁊ serpentes sunt appellendi. Dicto. in epistola ad matrem ⁊ filiam. Quia unꝰ iurta viperaꝝ securus somnum capit. qui si nõ penitet certe sollicitat. Securus ẽt perire nõ posse ꝙ iurta periculũ nõ periit. Seneca. Habet fusi uenenũ blãda adulatio. ℭ Quarto sunt sicut fricatores. fricante eniꝫ dermoribus blandis quẽ non possunt vincere mites. Dicit ꝓnit exemplũ Christo. in tauro. quẽ si non potuit qz uirtibus subiugare fricat manibus eius cernicẽ: ⁊ sic eum appꝛehendit. Sed non debet aliquis suffinere ut qz eaꝫ fricet uel oleo impingat adulationis. pñ. Corripiet me iustꝰ in misericordia: ⁊ increpabit me. oleum aũt peccãtis non impinguet caput meum. Sicut aũt dicit Prouer. xvii. Meliora sunt uulnera diligentis ꝙ fraudulenta oscula odientis. ℭ Tertio instruimur ut dei imaginem ⁊ superscriptionem in nobis custodiamus. pio eo ꝙ dicit. cuius est imago hec ⁊ superscriptio. Hec enim tria ponunt esse in hole. monete: imago: ⁊ superscriptio. Dicit igit ꝺñs in ewãgelio. cuius est imago ⁊ moneta ⁊ superscriptio hec. Dicunt cesaris. Demonis ꝓiecti ⁊ in semaꝛ. et infern. Sic uerũ dei reponẽt in thesaurũ cele. Matth. Moneta bona q̃ dñs regnũ celeste sunt electi. Bone ꝙ dñs ꝓmisit. Bone ꝙ emit. Bone ꝙ ꝓpter ipm̃ sustinuerũt. Bone orationes: ⁊ ieiunia ⁊c. Bone ta q̃ ꝺemisit. Bone ꝙ ꝓpter ipm̃ sustinuerũt. Bone ꝙ ꝓpter ipm̃ sustinuerũt. Bone ꝙ ꝓpter ipm̃ sustinuerũt

de populo seniores elegit: quos etiã senatores appel
lauit. quorũ consilio respublica regebatur. Vñ ut d?
in libro ethicorum. Iuuenes nono digit? duces
eo q nõ cõsilet eos eẽ prudẽtes. Debebãt ? romani
exercitum pliandi. ? ideo plurimũ cõsti? crãt. Naz
[illegible] docet Eccl. xxxiiii. Uir in multis expertus cogi
tabit multa. ? qui multa didicit enarrabit intelle
ctum. Qui nõ est expertus recognoscit pauca. Iu-
dic. iii. Dereliquit dñs gẽtes ut erudiret in eis israe
lem: ut postea docerent filios eo? certare cũ hosti
bus: ? haberẽt ?suetudinẽ pliandi. ¶ Quinto ut
stũ ? honestũ semp utili debet pponere. ¶ Et sup
hoc plura exẽpla poni possunt. vnuz est qd narrat
Ualerius ? Amb. in li^o de offi. q cũ macedones
apud atheniẽses classes magnã circuissent. uenit
quidã de exercitu ad eos dicẽs q si clãculo classes
adirent totã incendẽ possent. Sed illi nullatenus
acquirẽ uolebãt dicẽtes huiusmodi victoria ? si
utiliter eẽt nõ esset honeste acqsita. Amb. Maluẽ-
rũt minus posse honeste q plus turpiter. ¶ Aliud
exẽplũ narrat Aug. in li^o de ciui. dei. q cũ mar
cus regulus captiuus a carthaginẽsibus detine-
ret. ? romani multos a carthaginẽsibus iuuenes
detinerent. missus est dictus regulus romaz pro
cõmutatione fienda: iurans q rediret si cõmuta
tio fieri nõ posset. Qui cũ romã uenisset: supradi-
ctam cõmutationẽ dissuadens fieri. eo q ipse se-
nex esset ? paruz viuere posset. Illi aũt iuuenes ?
multa prelia mouere possent. Et cũ rogaret ut sal
uem ipse remaneret: nullatenus acquieuit. Rediẽs
aũt crudeli morte interiit. Utile qdem sibi rema-
nere fuisset: sed pp̃ter iurandũ nõ fuisset hone-
stum. ¶ Tertium exemplũ legit in historiis ro-
manorũ. ? recitat Amb. in li^o de offi. q cũ me-
dicus Pyrrhi regis ad fabriciũ ducẽ romanorũ
uenisset. asserens q Pyrrho medicinaz interfica
tam daret. ? sic rege mortuo ipse victoriã obtine-
ret. Iussit eum Fabricius ligari ? ad dñm suuz
remitti. Et subdit Amb. Reuera scelus ut qui
virtutis certamẽ susceperat nollet fraude vincere.
Tunc Pyrrhus dixisse fert. Iste est Fabricius
qui difficilius a legalitate q sol a suo cursu auer
ti posset: ? sic cũ eo ad libitũ cõposuit. ¶ Uiso qd
debeamus reddẽ terreno pn̄cipi. videamus nũc
quid debeamus reddere pn̄cipi deo. Sup hoc fue
rũt tres opiniones. Quidã enĩ dixerũt q sufficit
deo dare obsequiũ psonale: qd cõsistit in genufle-
ctione. ¶ Alii dixerũt q nõ sufficit deo dare obse-
quiũ psonale nisi [illegible] sibi obsequiũ reale
qd cõsistit in elemosynarũ largitione. ¶ Alii di
xerunt q nõ sufficit obsequiũ psonale ? reale nisi
demus sibi obsequiũ spũale. ut. s. non uel aliquẽ
nem ad cultũ dei perpetuo deputemus. ¶ Unde
quidã bonus hõ [illegible] uenit ad micheam pphetaz. ?
sup his tribus opinionibus interrogauit ipsum
ut habet Mich. vi. ¶ Et primo interrogat. si suf-
ficit deo facẽ multas genuflexiones dicẽs. Quid
dignuz offeraz deo. Curuabo genua deo excelso.
Et pphta nihil respõdit. Deinde interrogat. si
sufficit deo multas elemosynas dare dicẽs. Nũ-
quid offeram deo holocausta pinguiuz ? vitulos
anniculos. Nũquid placari potest dñs in milibus
arietum: aut in multis milibus hircorũ ?c. Pro-
pheta nihil respondit. ¶ Deinde interrogauit si suf
ficit ad perpetuũ dei cultũ filiuz suum primogeni-
tum in religionẽ ponere dicẽns. Nunquid dabo pri
mogenitũ meũ pro scelere meo fructũ uentris mei
pro peccato aĩe mee. ¶ Et tunc pphta ad ista tria
retrograde respõdit sibi dicens. Indicabo tibi o
homo quid sit bonũ: ? qd dñs requirat a te. utiq
facere iudiciũ. diligere misericordiã ? sollicitus
ambulare cũ deo tuo. Dicit ergo. utiq facere iu-
diciuz. ac si dicat pphta. Interrogasti si tibi suf
ficit ad salutẽ filium tuũ in religionem ponere. ?
ego dico tibi q nõ nisi iudiciũ facias de teipso. ut
sicut caro tua delectata est in peccatis. sic iudicet
? affligẽt in penitentie lamentis. Non enim esse
equũ q tu peccata faceres: ? filius tuus penã por
taret. Et ideo oportet ut carnẽ tuaz iudices. si nõ
vis a dño iudicari. i. Cor. xi. Si nosmetipsos iu-
dicaremus: nõ utiq a dño iudicaremur. ¶ Dein-
de respõdet ad aliã questionẽ dicens. Diligere mi
sericordiã: ac si dicat. Interrogasti si tibi sufficit
multas elemosynas facere. ? ego dico q non: nisi
eas prius tibi facias ? aĩe tue misericordias impẽ
das nihil ualebit. Eccl. xxx. Miserẽ aĩe tue placẽs
deo. Prouer. xi. Benefacit aĩe sue vir misericors.
Non eniz esset conueniens ut alteri sit pius ? sibi
impius. Qui sicut dicit in ps. Qui diligit iniqui
tatem odit aĩaz suaz. ¶ Deinde respondet ad aliaz
questionẽ dicens. Et sollicitũ ambulare cum deo
ac si dicat. Interrogasti. si tibi sufficit multas ge
nuflexiones facere. Ego dico tibi q non: nisi per
bona opera studeas sollicitus esse. Ille autẽ cum
deo sollicite ambulat qui in sua iuuentute deo ser
uire incipit. uel qui bona opera feruenter facit. uel
qui de ptingẽtibus nihil omittit. ii. Thi. ii. Sol
licite cura teipsuz pbabilem exhibere deo. opera-
rium inconfusibilẽ. recte tractantẽ uerbum ueri-
tatis. Sunt qui pigre. i. in senectute seipsos curant
i. seipsos emẽdant. Ideo dicit. Sollicite cura te
ipsum ?c. Alii sunt qui confusibiliter: idest negli
genter operantur. Ideo subdit. Operarium in-
cõfusibilem. Alii sunt qui recta quidem faciunt ?
dicũt: sed non recte: quia circunstantias multas
omittunt. Ideo dicit. Recte tractantem uerbum
ueritatis.

¶ Dñica vicesimaquarta Sermo primus.

I. Oquẽte iesu ad turbas. Ecce prin-
ceps vnus accessit ? ado
rauit eũ dicẽs. Dñe filia mea modo defũ
cta est ?c. Mat. ix. Seruus dei ualet corpus suum
in quadruplici statu. s. quãdo est sanũ uel infirmũ
uel mortuũ uel suscitatũ. Ualet [illegible] sanũ: q aĩa
mediante corpore merita multa acquirit que sine
corpore acquirere non ualeret. sicut ieiunare: pere
grinationes facere: martyriũ sustinere. Ualet etiã
infirmum quando. s. ipsas infirmitates patienter
portat. [illegible] ii. Cor. xii. Libẽter gloriabor
de infirmitatibus meis ?c. Ualet mortuuz: quia
aĩa desiderat sibi iuuari ? in ipso remunerari. vnde
clamãt anime Apoc. vi. Usquequo dñe sanctus
? uerus non vindicas sanguinẽ nostrum de his
qui habitãt in terra. Ualet resuscitatũ: quia tunc
homo beatificat. ? in anima in cõtemplatione dei-
tatis. ? in corpore in visione humanitatis. Ioã. x.
Ingredietur ? egredietur ? pascua inueniet. Ista pa
tẽt in istis duabus mulieribus. s. in emorroissa ?
in filia archisynagogi. ¶ Nam prima corpus in-
firmuz habuit: sed postea sanum. Ualuit igit sibi
corpus infirmũ: quia illa infirmitas corporis fu-
it sibi occasio sanitatis mẽtis. Ualuit corpus sa-
natum: quia illa sanitas in corpore fuit ad cõser-
uandũ sanitatẽ in mente. ¶ Secũda. s. filia archi-
synagogi habuit corpus mortuũ: sed postea resu
scitatũ. Ualuit sibi corp^o mortuũ: quia illa mors
corporalis fuit sibi causa vite spiritualis. Ualuit
? resuscitatũ: quia illa resuscitatio fuit anime iusti
ficatio. Per has autem duas vnã. s. grauiter in-
firmã. ? aliam mortuã peccator significatur. De
prima enim tria dicuntur. s. ¶ q graui infirmita-
te erat circũdata. ¶ q miraculose fuit sanata. ¶ ?
q sanatori non fuit ingrata. ¶ Infirmitas quidẽ
grauis erat: quia duodecim annis fluxuz sangui
nis patiebatur. Et sicut dicit Marci. v. Omnia bo
na sua in medicos erogauerat nec quicq pfece-
rat: sed magis deterius habebat. Peccator enim
sanguine fluit quãdo de peccato in peccatũ cadit.
Osee. iiii. Sanguis sanguinẽ tetigit. Tunc san-
guis sanguinẽ tangit quando quis de peccato in
peccatũ cadit ? fluit. Peccator enim fluit de ma-
la cogitatione in malã delectationẽ. de delectatio-
ne in cõsensum. de consensu in opus. de opere in
cõsuetudinem. de cõsuetudine in necessitatem. de
necessitate in desperationẽ. ? tunc tanq infirmus
desperatus nullũ cibum nociuũ. i. nullũ viciũ pec
catum. Prouer. xviii. Impius cum in pfundũ
peccatorũ uenerit cõtemnit. Chriso. Sicut infir-
mus donec mediocrẽ habet passionẽ ? sperat pos
se curari seruat se a nociuis. Si autẽ intellexerit
passionẽ esse insanabilem: iam nõ parcit sibi. Sic
? homo donec mediocriter peccat ? sperat salutẽ
obseruat se a malo. Si aũt grauiter peccãdo [illegible]
perit desperare: nihil iam dubitat facere [illegible]
ser q sicut in bono gradus sunt gloriarũ: sic in
malo gradus sunt penarũ. Medici autẽ fallaces
qui aĩmã deterius habere faciũt sunt honores
delitie ? diuitie. Nam honores pmittunt exalta-
tionẽ: ? dant subitã deiectionẽ. Uel in vita. Unde
dicit Iob. xxx. Eleuasti me: ? quasi sup uentũ po
nẽs elisisti me ualide. Uel in morte sicut. Eisdẽz
xx. Si ascẽderit usq ad celum superbia eius: ? ca
put eius nubes tetigerit quasi sterquiliniũ in fine
perdetur. Diuitie pmittunt satietatem: ? dãt esu-
riem. sicut patet in diuite epulone qui ad tantã de
uenit paupertatem q modicũ aque habere nõ po
tuit. Delitie pmittunt delectationem: ? dãt ama-
ritudinẽ. Istud ostẽdit Salomon ? uerbo ? exemplo:
? facto. Uerbo. Prouer. v. Fauus distillans la-
bia meretricis: nouissima autẽ illius amara quasi
absinthium. Exẽplo suipsius dicẽs Eccle. ii.
Et omnia que desiderauerũt oculi mei non dene
gaui eis: nec prohibui cor meum quin omni uo-
luptate frueretur ?c. Ostẽdit hoc idem facto. Cuz
enim multis uacasset delitiis: tandem seipsũ ex
poliauit ut dicunt iudei. ? usq ad sanguinem se
